


Genealogia familiae Chuliac



Chuliac Gergelme hat giermeke vele

in oppido Miskolc.



DIARIUM APO

DEMICVM. ab anno 1601.

Cum Spectabili ac Magnifico Domino Dn. Sebastiano Thökele
L.B. in Leismark, & persuasum esset; veram solidamq; erudi-
tionis & prudentie laudem, non ex libris, multis putanda
erat magister, sed ab usu etiam & experientia, tanquam rerum
omniu magistra, quarendam esse; diu multumq; de ablegatione
nostri, ad exoticas huius orbis regiones, & secum, & adhibitis
in consilium quibusdam, ~~deliberant~~ ^{deliberant}. Hoverat quippe, non eos
solum sapientes censendos esse: qui literis humanioribus uterentur
instituti, scientia titulos, quibus aut labor aut dedecus inest, sibi
vendicarent: verum multo etiam magis illi, qui omnibus aliis
posthabitis, verum perichitatione edocti versatique in hoc mundo,
quasi vite humanae theatro; & diversitatem regionum, &
mores hominum dissidentium, & vite exempla, & alia quam-
plurima, quae sese peregrinantibus offerunt, insperissent.

Quid .n. turpius? quid homini studioso, praesertim No-
bili, indignius? quam semper domi sub tecto sedere; & ita in
ocio, omni gloria & laude carente consenescere; neq; cogitare
aliquando ex hoc velut nimis opaco & circumscripto domicilio,

ad rerum maximam cognitionem acquirendam evolvendum
esse. Ad hoc autem suscipiendum animos liberales ea
que non mediocri est utilitas, invitare & quasi allicere
debet. Ea autem est, qua nobiles quidem potissimum
excitat: illos vero qui originem suam a tenuibus principibus
duxerunt; non solum clarissimis quibusque viris commendat:
sed saepe etiam illis comparat in aequum seu experientiam
rerum: quae praediti homines, tanquam hesperus, inter reli-
quos, praeferre solent.

Diu multumque itaque, ut dixi, deliberanti, placuit oc-
casione oblata nos itineri accingere, iterum curru capessere.

Cum itaque alter dies Septembris veteri computatus
calculo [dies Dominicus] & is quidem jam medius, atque
ad umbilicum mortuus, ut jocabitur pater Leporum Plautus
hora 1. mecum tacite cogitans siccine precatus sum.

Hanc rege Christus viam, quam nunc virtutis amore
Suscipimus, comitesque fideles caelitus adde.

Incolumes qui nos ducant, vitamque gubernent
Et studia; & patris reddant feliciter oris.

Anno salutis per Christum *Исѣвъ* *Джурнов* reparatae
MDCI in viam nos dedimus, concomitantibus omnibus
Dn. Magnifici Heri aulicis, ipsaque Generoso Dn. Stephano
Thökeli: cuius equi duo posteriores pedes, cum iam causam
valedictionis rhedam nostram adventaret, concidere,

ipso nihilominus in sella permanente. Quod illico simul
omnis infaustus & ordinum ratus; Deum, iter nostrum pro-
speraret, oravi.

Dextris itaque iunctis, & vale omnibus
dictis, aulicis in arcem Keismarcensem pede referentibus,
nos iter captum caelo sereno continuavimus: & horam circi-
ter 3 attigimus fines SCLAVONICAE VILLAE, unico a
Keismarck miliario distante. Relicto vero pago, pedes
conscendimus montem satis grande SCHAIBERGH, quasi
dicas horridum, propter latrocina mihi a latronibus identidem perpe-
trata: qui mons licet meticulosus, nobis tamen propter numerositatem
peditum comitantium fuit tutissimus.

Descendentibus
occurrit pagus ignobilis GERLE, post hunc HANOSFAL-
VA: ipso vero crepusculo vespertino MATIASFALVA:
illucque apud Scultetum quendam Paschut, non longe ab eo pagi
fine, quo pagum ingressi sumus, pernoctavimus. Hic licet
non adeo fuit coena diuturna; jocunda tamen & comiter transacta,
propter duos hospites (ut opinor) vidua filios.

Tertio Septembris, ut primum nocte discussa, sol novus diem fecit:
& lecto simul emersi & somno, iter inchoavimus: & post horam
unam & alteram ingressi sumus villam antiquam ÔH FALU
phoebo lucido, tertio a Keismarck lapide distantem.

Hic pagus habet templum cum turri & horologio. Habet
etiam exactorem tricesimae ad larvam euntibus in Poloniam.
Hinc exeuntes pertransivimus fluvium vadose Dunavicz,

ubi visum, dua omnes ex opposito in montibus duobus sita.
quarum una cis fluvium, fluvii nomen retinet, qua termi-
nat regnum Hungariae; altera vero ultra fluvium Arx
Polonica dicta, qua inchoat regnum Poloniae. Hanc tamen
formam & robore Dumavicz multis anteire passibus creditur.

POLONIA.

Poloniam quidam volunt dici à pole, quod in lingua Polonica
sonat campum, planum, quia tota regio ipsa vasta & plana est,
pluribus obducta nemoribus & paucis intrinsecus fulva montibus.
Poloni primitus vocati sunt Lechita à Lecho, sicut & hodie à Graecis,
Tartaris & Ruthenis, cuius prima arx & sedes fuit Graecia,
na. Habent linguam communem Schavis, Vuandalis, Bulgaris,
Serruis, Dalmatis, Croatiae, Bosnis, Boemis, Ruscis, Lithuanis
Moscovitis, & aliis populis circumcirca habitantibus. nisi quod
in uno quoque populo, lingua suos habet dialectos.

Munsterus scribit eos bibacissimos, sicut & totum septentrio-
nem, apud quos ignotus est omnis vinearum cultus. Factitia
ex tritico aliisque speciebus seminum potio in usu est.

Regnum Poloniae ad regni dignitatem ascendit Anno Christi
999 hac occasione referente Munstero.

apud Scultetum Zagurdi, Sumta coena, maturius quiete &
nos reponimus. Prius tamen per fenestellam temptu li-
gnum intrinsecus diversis picturis & imaginibus arte ma-
stica adornatum, conspexi.

Altero die is erat 4 Septembris vix nos cum diluculo
committentes, post feaguram monte Excelsum Superavimus, per-
transivimus pagum quendam longissimum

8 mil. à Keismarck distans. Pagum reor excedere unum
cum semisse Silesiacum miliarium: una quaeque domus significe tet-
pratam, agrum, Sylvam, horumque fere parieti adiunctos. ubi con-
tinuo memor sum illius Stigebii poetae clarissimi:

Post ubi senserunt se semina ducere caelo,

Atque aliquem, mundum, qui regat, esse Deum:

Tunc primum amplexi iuncti concordia coetus,

Tegmina vicinis composuere casis.

Utque alii alios de religione docerent,

Contiguas pietas iussit habere domos &c.

Duobus belle confectis miliaribus die fere circa mediam, cum iam flagrantia
Solis caleret, salutavimus oppidum JORDAN decem à Keismarck
milli distans, in jugo montis cujusdam situm, divertimus in foris non procul
à macellis; & ingredientibus laevorsum, grandium in cubiculo peredignus
Pauli Ördög sumimus. Prius tamen quam abitionem parantibus
equi iungerentur, vidi in coemeterio templi crucifixum lignum, una cum
Spongia, lancea, & triginta argenteis cruci lignae adfixis.
Corpus oppidi quadrangulare, domibus ligneis constans.

Könyvek
NDI

MC
172

descendentibus ex Jordan, excelsior nobis erat mons scandendus
 in linguam porrectus: quem quidem ego pedibus, cum aliis itineris
 comitibus, nullo negotio superavi. Monte relicto fluvio-
 aliquid pertransivimus vicibus:
 quo etiam loco pedisequus per incuriam pelliceam vestem ami-
 serat: quam, pueri quaerente, sequens currus, nobis reddidit.
 Dies cum pedetentim iret in noctem, visum nobis est maturius
 quieti nos reponere: & somno levata noctis lassitudine, ante-
 lucio iter capessere, ingredimur ^{itaq} pagum **M A K U F.**
 hic coenam per hodigum nostrum Alemannu parata, mensa
 absedimus, invitantes Schola Cassoviensis pro tempore Re-
 ctorem M. Zachariam Sommerum, Wittebergam sacroru
 causa proficiscentem, ut nobiscum cenam sumere vellet. Coena
 peracta supra equile in foeno noctem peregrinamus.

Quinto vrbis commodum pumicantibus phaleris Aurora roseu
 quatiens lacertum caelum inequitabat, & nobis ut capi itineris
 telam texeremus auctor erat. Inter igitur ingressis, meridies ipsa
 aderat, cum oppidum **WADOVICZ** a duabus aquis imbi con-
 fluentibus sic nuncupatum ingredi conamur: quo tamen no prius
 ingressus potuit [aderat quippe praeco quidam rusticus gladio ac-
 cinctus ingressum ex senatusconsulto prohibens] quam herus
 itineris nostri judicium oppidi, una cum literis a civitate Keismar-
 centi prudenter acceptis, adisset: metuentes nimirum oppidani
 pestem ne ipsis adferremus, rati nos propter illam domo discessisse:
 verum literis illis conspectis illico sumus intrmissi. Hoc
 oppidum plurimos habuit iudeos utriusq sexus subpallidos:

oppidum ipsum rusticum & vile. Hic vivibus paululum re-
 fectis prandium sumimus: & circa horam diei quintam rursus aliud
 Polonicu oppidu petimus xv mil. ab urbe Keismarck distitum **KENT.**
 Nec huc ante, quam salvo conducto viso, potuit aditus. Ingressis
 vero nihil praeter usitatum sordiciem conspicatum est. Et hic coe-
 nam sumentibus audita est Musica Polonica non sane rudis, licet a
 rudibus Latinitatis profecta.

Sexto vrb. cum diluculo caelo nubiloso via nos comittentes,
 comitibus laevorsum in Teschen tendentibus, nos dextrorsum iter
 fecimus, proprios creditores Alemanni. Quibus vero a Lende
 mil. curru vadatim pertransivimus fluvium **VISTULAM.**
 Vistula primarius Poloniae fluvius Germanis **Witzel** dicitur
 Latinis vero **visla, Isula, & Vistula** nuncupatus, initium sumit
 ex montibus Sarmaticis in duca tu Teschnensi, labitur de alto in
 bassum cum fragore & sonitu, decurrit per media Polonia: acre-
 scens vero tandem uno ostio, sed magno, prope Gedanu Borussiae
 urbem in mare Heneticum illabitur. Est Vistula hinc Poloniae
 seu terminus, & caput Silesiae.

SCHLESIA.

Schlesia ut placet quibusdam accepit nomen ab amne Schleso; vel ut
 alii sentiunt a schleso rege. Latitudo ejus patere fertur itinere
 trium dierum, & longitudo itinere 4 dierum, extenditurq ab Un-
 garia usq ad Brandeburgensem marcham. Semper Poloniae
 adhesit, ad eam usq mutationem, quae anno Christi 1526 de ve-
 terum Poloniae regum stirpe [de qua stemma ducum Silesiae

6

Legnicensium & Bregensium relicum est regnum, in novam gentem Jagellonum e' Lithuania translatum est. Quae mutatio causam dedit, ut principes Silesiae orti a Ladislao, dolore repulsi & contemptus sui a Polonis discederent. Artibus itaq; atq; consilio Johannis Lucelburgensis regis Boemici, qui fuit Henrici VII Imperatoris filius, & Caroli IV pater, perfectum est: ut Silesia inferretur regno Boemico, fieretq; provincia Imperii Romani.

Porro si nomen gentis spectes, illud vel veterem Quadorum appellationem interpretat; vel, nomine a' convenis facto, collectivam multitudinem sciat: quos Sbigneus notus Casimiri primi filius contra fratres a Polonis exulibus accitus, adduxit in Silesiam ex diversis Germaniae gentibus contractos. Habet regio duos praecipuos ducatus in Legnitz & Schureidritze. Sermo est populi Germanico, ab altera tamen parte Odera ubi Poloniam respicit, praevalet Polonia lingua.

Incolae bibunt potum ex Cerere factum, quem cervisiam vocant: cujus parens perhibetur esse Wratislaviensis.

Sed ut ad pensum tandem redeam: post Istulam unico milliari, occurrit oppidum in planicie situm, undiq; paludibus circumvallatum PLESZNA distans 18 a Keismarco mil. Hinc ponte sublevis ingressi, divertimus ad hospitem quendam Germanum Almanni familiarem, ex opposito lignea turris in foro extructa; qua habet horologium integrum, infra qua opinor esse domum senatoriam. Ipso grandis tempore Magnifica arcis ~~illius~~, heri suo absente, obtulit nobis per duos auli-

cos duos grandes cantaros vini candidi & rubri. Heri vero 6 ex venatione redeunte Generosus meus cum Almanno ad coenam regate invitati, ego cum filio Almanni in hospitio famon abegi. Coenam peracta arcem ingressi sumus, tandem in horum, ubi sub scena seu vividario cibus capiebatur, introducti, cum nos coenatos audire poculis invitare caperunt; & nisi illi prius cibum tardius nobis sumisissent, madidi domum concessissemus. Quia vero illis comedentibus soli nos in angulo scenae cyathis plenis relictis confederamus, vino tellurum extra vividarium vorare, quam ventrem onerare, malimus. Cum a cena ex arce serius aliquantulo redissemus potulenti, in oppido noctem egimus.

Die vero insequenti, jentaculo prius sumto post horam diei 11^{ae} secundo a Pleszna milliari pertransivimus aliud oppidum

SUARSVATS, quasi aquam nigram dixeris, habens casellum lignum ad Vistulam situm. Hic aliquot minutis emis pomis sitim sedantes, sine mora discessi, aberravimus a regia via.

In hoc diverticulo in lacu quodam aquaticas nucas a mulierculis & puellis in alveolo sedentibus colligere vidimus. Per quadrante ferè milliari circumvenientes serenus sol in caliginosum versus est: & hora sexta vespertina caelo plente urbem Teschen appulimus.

TESCHEN

Est haec urbs bene murata, in monticulo non excelso, sed ferè planitiei simili, sita sedes Principis Teschensium, qua distat Keismarcko 24 mil. Divertimus in foro urbis mendicem versus apud viduam Andrea Reichi: cujus maritus defunctus,

Sepultus est in templo Boëmico. Hospitium nostrum
extrinsecus pietati fuit non rudi arte Anno 1591. Supra
portam domus sunt virgines quatuor: quarum unius capiti in-
scriptum est nomen ignis cum versiculo primo. Scilicet terra cum
sequenti versu. Tertia aëream 3. quarta aqua cum versu po-
nemo, hoc ordine.

Ignem convexi vis & sine pondere caelum.

Densior his Tellus elementaq; grandia tranxit.

Proximus est Aër illi levitate lociq;

Undosus latiq; maris circumfluit summov.

In eade domus pariete eleganter picta sunt quatuor orbis partes
Asia, Europa, Africa, America &c.

Habet haec civitas templa quatuor. Primum ante urbis portam
septentrionem versus, quod dicitur pauper. Alter non longe ab
eode. Tertium est Boëmorum cum turri quadrangulari & te-
gumento viridi. Ultimum & supremum in foro publico urbis:
in quo est sedile Ducum Nobi Tescheni eleganter ex ligno resse-
lato artificiosè constructum, non procul a majore altari, in quod
per gradus fit consensus. In hoc eode templo a parte Occi-

dentali est epitaphium in tabella parieti affixum filiolae M.
Joann. Agricolaë pastoris Teschemeni, defuncta Anno MDIC

his verbis: Hic requiescit agens aetatem flebilis infans

Tertia pars carnis deliciaq; mea.

Ah quantas lacrymas patri, matrig; dedisti;

Ah minimum celeri rapta Sibylla nate.

Vidisti lucem spatio non unius anni

Defuerant septem namq; decemq; dies.

7
22
Actamen & minimum specimen pietatis avitae
Monstrasti, de te gratia magna fuit.

Dum patris exoptum matrig; seculi tenellas
sponte tetendisti sub pia vota manus.

Sed quid in his terris pietas & gratia profunt
Omnia dum tristi funere mersa jacent.

Ut rosa mane viget, sed marcida vespere languet:

Sic viguit qui nunc morte Sibylla riget.

At non interit, quanguam mortale reliquit
Corpus, & interitum tempus adusq; viget.

Nam non intererunt sanctorum corpora, quorum
Pectora sunt Christi purificata fide.

Corpora sunt terra, venerunt pectora caelo
Unicuiq; suum reddere jura debent.

Terra debetur corpus tellure creatum
Spiritus est caelis missus ad astra redit.

At quia caelesti junctum cum pectore corpus
Condidit ad vitam & mutus iuxta Deus.

Non perit aeternum quantumvis morte tremenda
Solvitur, at vitam spem melioris habet.

Namq; Deus natus corpus mortale recepit
Cujus membra fides corpora nostra facit.

Filius ille Dei mortem pro morte subivit
Nos ut ab aeterno vindicet interitum

Ille velut pectus divina suscitavit aëra
Sic simili corpus vivificabit ope.

Hujus ego commisi mea dulcia pignora, quorum
Pons in Pannonia Threnceniense cubat.

Tertia pars horum Domino sic fata regente

Teschemensis agri contumulatur humo.

LXX Jani 61sse^{ta} fvl+ carbone notanda

Qua Leti Agricolae Victra silbyla Dle est.

Moesta dolet caro nec fletu sistit amaro

Gaudia cum potius sunt agitata piis.

Christe dona carnem, tuus, oro, Spiritus ille

Pravaleat, ne nos tristia fata premant.

Quarta ab hospicio nostro domo, in eade serie, occidentem versus, parieti fori urbis spectanti est inscripta imago Absolonis, criminibus & arbore dependentis, lanceamq; perfossi, cum hoc disticho.

Difcemeo exemplo venerari nate parentes,

fiura, senes, superos, temere crede nocet.

In ejusde aedificii pariete, cernitur insigne quoddam vetustum, cum hac inscriptione.

Hoc insigne domus Teschemensis Glogociaeq;

Majoris, praestat stemmata celsa ducum.

Porta arcis ruiter exstructa, habet optime depictum insigne Ducis & Ducissa. Arcem absente Principe & in Transylvania belligerante non sumus ingressi.

Altera post meridiem hora x sept. ex Teschen digressis, post secundum milliare hora 4 vespina ingressi sumus civitatem medioniter muro unico cinctam FREISTADT q. d. liberam

civitatem, habentem 2 turres, unam in foro civitatis, quae continet integrum horologium, templo conjunctam alteram cum horologio nostris simili. Hujus templi Ecclesiaster cum Almanno

nostro salutatum perreximus.

Itaque quia coenam illic expectare non fuit animus, sonavit nos per 8 multis aviculis jam depilatis pro coena proximanti. Hinc abentes, cum jam ultimam diei metam curriculum solis deflexisset, vespereq; lucernam intueret, in quendam pagum LITINY possessum a Domino Jeredowzky appulimus. Hic ex aviculis illis dono acceptis coena dapinata est, caeq; absunta, ibidem in equis diversorii circa equos posteriora dulciter cepimus quietem.

Xi. porro vrb. antelucis iter ingressi, ut primum Titan novum diem radius collus travit, pervenimus in oppidum ODERBERG a fluvio Odera ibi praeterlabente denominatum.

ODERA.

Odera a Ptolemaeo Viadrus dicitur, originem suam sumere dicitur in Polonia prope oppidum Odri.

In hoc oppido nova aedificabatur turris, cum triplici tecto, surgente in altitudinem a majori ad minus. Hoc oppidum ponte ingreditur et egreditur partim prope Viadrum a Septentrione, partim prope fluvium mibi quidem obscurum a meridie circumlabentem. Hic pabulo equis emto ad horam ejus diei decimam in oppido KRANICZ pransi sumus: quod etiam tunc aedificavit turrim quadratam, magnis sumptibus ex lateribus lapide, prope defectum lapidis naturalis. In foro turris ex assentibus facta habet horologium integrum.

Hinc horis pomeridianis pertransivimus pagos Kaczerka, Czarkocz cum aliis aliquot; & hora 4 LEOBSCHEIDT Liobschitz parvam quidem, ast aedificiis perbene exstructis urbem splendidam x mil a Teschen distantem pervenimus. Haec urbs habet duas turres, quadrangulari forma a fundamento ad usq; umbilicam aedificatas; illinc vero ad summitatem usq; octangulari. Dominus ejus est Marchio quidam Markgoff.

Turris curiæ quam conscendimus hæt horologiū nō dissimile no-
stris cum quadrantib. Habet & tabulas 4 inauratas, in qb.
numerus horologiū cum quadrantib. ostendit. Turris vero tem-
pli habet campanas cum horologio opera hominis formæ edente, &
factu horologiū curiæ spaciis aequalibus subsequente. Ambæ
turres simili teguntur forma, triplici putâ tegumento, a majori ad
minus assurgente. Turris curiæ habet deambulatoriū ex
lapidibus exstructum, templi nō item. Habet tria templa:
quorum prius est grande, & optimis sedilib. ornatum, splendensq;
optimis tabellis, pro monumento defunctorū inibi erectis. Idem
templum a parte occidentali habet organum integrum, nondum
depictum. In hac urbe biduū subsistentib. incidit ⁱⁿ notitiā
~~curiæ~~ præstantis. viri Dominici Adams, ejusde urbis Reip. no-
tarij. Hic primū remunerans aliquot carminib. typis excussis,
& simul introducens in summū templū, Bibliothecā qua notitū satis est
instructa, templiq; tabellas optimis exornatas epitaphiis demonstra-
vit. A parte scholæ circa majus altare legimus Cenotaphiū
R. di. viri Theodorici Herspergensis diaconi Leobschuzensis, de-
functi. XVI Cal. Julii. Anno M D L X I X aureis literis
in hæc verba descriptum.

Hæc tibi sancte senex posuit monumenta Senatus
Sancte senex meritis vix habuere parem.
Multæ tibi debet Respublica, multa seorsim
Quisq; sed hæc dignè quis celebrare queat.
Tu frueris calo, tu præmia digna capessis
Nos decet ac paros hic meminisse tui.
Christe pios nobis semper largire ministros
Lumina nec verbi subtrahere quæso tui.

Non longè hinc est aliud epitaphium aureis etiam characterib. 9
Scriptum taliter. 10

Si pietas, si virtus, aut experientia rerum
Auctori frangant spicula sæva neuis
Si gravitas, si doctrinæ, præfontior usus,
Pellere si vel opes tristia fata queant.
MARTINUS nunquam KLINERUS mortuus esset
Ejus nec tegetet frigidus ossa lapis
Doctus erat vere flagrans pietatis amore,
Musicus excellens atq; poeta gravis.
Muneris injuncti partes constantè obivit
Sapientis & doctis profuit ille viris.
Sed licet in tumulo corpus mortale putrescat,
Mens tamen in cælo resua mortis agit.

Aliud, in altera tabella, in templi fere medio, columna affixum sic le-
gitur:

Hic reuocat quæstor propè frumentarius ABAM
SCHUTZINS antiquæ simplicitatis homo.
Vivida mens ejus cælos evocata per altor
Percepit in christi gaudia mille sim.
Vir pietatis amans, fidei, candoris & æqui,
Pacificus Musis ac bene junctus erat.
Profuit ille quibus potuit, non obfuit ulli
Namq; boni studuit nomen habere viri.
Quæstor erat Domini Domino sua commoda quærens
Ac proprii quæstus hand studiosus orat.
Vir fides igitur nomenq; fidelis amici
Nos decet ex merito commemorare suo.
Jam pietas, candor, dilectio, fassq; fidesq;
Omnia penè simul degenerare solent.

Summa fides hominum Deus ac homo, surge, veni, nos
Fuge tibi, mundi perfida turba vale.

Schola honestarum literarum officina ac seminarium ejusdem urbis
adjacet huic templo a plaga Septentrionali, aedificata Anno
Christi 1558. In cuius pariete isthaec leguntur carmina.

Sæva licet totum grassentur bella per orbem
Hostilique ruant fortia regna manu.
At tamen exiguis munimenta viribus urbes
Auxilio salua stantq; manentq; Dei.
Quod seruant artes per quas Ecclesia crescit
Afflictis præbent hospitiumq; Scholis.

XIII die ex Lipsia digressis, ad secundu lapidem oppidum

HOTZEPLUCZ

in colle quadantenus declivi situm nobis occurrit: quo viso
statim memor illius Lactantii, referente Ciceronis fragmentis
circa finem ab ~~ipso~~ interprete. Nihil est quod manibus hominum
laboratum est, quod non aliquando ad intentum redigatur, vel inju-
ria hominum, vel ipsa confectura omnium vetustate. Et enim
hoc oppidum in diebus illis fuisse urbem perbene munita referunt
alii credunt: venim moenia ejus ab Joanne Hunniade magno
illo & animoso bellatore sunt diruta, & prioris splendoris hoc tempo-
re rudera tantum cum uno propugnaculo & porticulis quibusdam
moenium superant. Post Hotzeplucz ad unicum mill.
pervenimus in suburbium civitatis

NEUSTADT,

ibique in diversorio aliquid fœne fecimus. Hanc urbem etsi tem-
poris exclusus brevitate, prout in votis habebam, contemplari non
quivimus; obiter tamen & cursim isthaec pauca, dum agni in

hospitio jungerentur, notavi. Habet templum ad Simis ^{est} latus 70
urbem Lipsia ingrediens. prægrande, cum turri latissima & me- 11
diocriter alta quadrilatera. Templum hæc cathedra missarum
fificio elaboratam, cum organo, quod eo tempore, a pulvere ut opinor,
mundabat. Circa hoc tempus Schola, in cuius pariete hæc leguntur.
Anno 1583.

Tu rege discentes, tu protege Christe docentes
Imbibat ut mores casta juventa bonos.

Item:
Prima bona mentis sit cura sit altera morum
Tertia litterulas perdidicisse bonas.

Supra ejusdem Scholæ fores. FUNDAMENTUM TOTI-
US REIPUBLICÆ ADOLESCENTUM RECTA EDUCATIO.

Curia seu domus senatoria hæc turricula, continens hoc logium
nostri simile in quadrantibus. Urbem alluit fluvius quida,
ab urbe habens molendina.

Ex hac urbe Neustadt hora XI prandio prius sumto digressi,
ad Nissam urbem Silesie ad laevam, non procul a via regia vadi-
mus molam ventigam: & post tria a Neustadt mill. prociad
occafum subare hora IV ingressi sumus civitatis aedificiis splendidis
plateisq; munita

NISSAM Germanis Neiß
a fluvio opioridicam, eam urbis partem, quâ iter Wratislavia,
subterfheente: quam tempore etiam exclusis perfunctoria
perlustrantibus hæc occurrunt.

In ingressu videtur suburbium mediori muro circumdatum, cum duplici
fossa & aggere prægrandi: tandemq; civitatis capus optimis cinctus
septum muris, cum aqua in fosse fluente.

FDI
Könyvek

M
17

Hac urbs fuit primum sedes Episcopalis, deinde translata est per laci-
mirum ad Vratislaviam metropolim totius provinciae, qui pri-
cipio Monachus existens, rex Polonia creatus est, de quo Munster
adi in Cosmograph. pag. 1046. Hic si ea omnia, quo notata
digna fuissent, connotassem, peculiariter tibi libello opus fuisset, de qb.
haec pauca.

Templa ceu numerare potui habet sex aut circiter.
Unum in suburbis, quo ingressi sumus laevorsum cum turri cardita, quod
fertur esse Jeshuitarum. Aliud in ingressu non longe a porta
urbis dextrorsum. Tertium summa cruce a sede Episcopali non
longe dissitum: in quod per deambulatorium ex aula Episcopus in-
greditur. Hic infra crucem haec leguntur.

Huc me sidero descendere jussit Olympo
Huc me crudeli vulnere fixit Amor:
Felle sitim magni regis satiavit amaro
Pectus ut hauriret lancea fecit Amor.
Si cupis ergo amari mihi signa pendere grati,
Dilige pro tantis, sat mihi solus Amor.

Circa hoc templum diversati sumus in aedibus honestiss. viri Valentini
Hezel. In summo templo (quod est factum lapide ni-
gro, ex quo pugillares conficiuntur) crepusculo vespertino haec notavi.

In ipso templi ingressu, a meridie est monumentum ex marmore Por-
phyretico episcopi Vratislaviensis Balthasaris; sub cujus pedibus
est ingens leo fabricatus, duobus pedib. prioribus globum tenens, erecta
anno Salvatoris 1110 XII. Hic nota, dies noctesq. jugi-
ter cereos ardere: cuius rei causam nosse cupiens, puerulus quidam

respondit, illum fuisse verum Episcopum ideoq. cereo dignum; reliquos
cen falsos, hoc genere honoris indignos.

Ibidem est quoq. monumentum Martini Gersmanni Episcopi quondam
Vratislaviensis, multis exstructum expensis.

Viva praeterea effigies ceris R. di & integerrimi viri Nicolai Reu-
man Cathedral. Ecclae Vratislaviensis Canonici, collega Nissenensis dia-
coni, & templi civitatis parochi Anno Domini 1596 9. Novemb.
Ibidem haec quoq. leguntur.

Tota hominis vita est gemitus, labor, umbra, dolorq.
ut jucunda venit, sic properanter abit.

Ibidem.

In cruce cum vitam pro me cum fuderis olim
Fas, me Christe, tua pro cruce ferre crucem.
Mors tua, Vita mea est: Spina est Diadema: Sepulcrum
Libertas, tua (vix) Lux mea, vita, salus.

Visunt in eodem templo columna octangulares numero XXII.
Non procul a frons templi ad occasum sita, ex Porphyretico marmore
Christus est arte miranda excipus, flexis genibus, manibusq. complicatis, non
secus quam vivus quisquam, sedili cuidam innixus.

Turrim informem campanas habentem circa idem templum conscendimus,
ubi tantae molis campanam observavimus, quantum vix alius credere au-
dit, quae quatuor licet restibus ex quatuor aget partibus, non tam edidit

sonum, nisi pistillum manu infra campanam sedentis arreptum in utraq.
actum ~~agere~~ partem fuisset.

Urbs habet aquaeductum per tubos, cuius
cisterna (vulgo sermare dicta) in foro, ut rostr. sexangularis, in media
parte virgo lapidea, ex cuius ore effluit aqua limpida copiose.

12

XV die nō prius, quā estur ac potat, in viam nos dedimus, caelo
partim pluvioso, partim sereno; & tertio a Nissa mil. novem vero
a Lipsicz, ad laevam visa est nobis Splendida urbs

ROTKA.

Hac habet castellum Episcopi Vratislaviensis cum turri, templo &c.
circum urbem vero abundat stagnis seu piscinis arte factis ad viam
qua Vratislaviam itur. Hinc ad horam diei 4 Bregam ap-
pellimus, distantem sexto a Nissa mil.

BREGA.

Brega Germanis Brieg civitas est optimē murata, & aggere bene
munita, quam ad Septentrionem Viadrus div Oder alluit, quorsum
difficiliter sumus intrinssi, rati nos Mercurios pestis & mortis.
Hac civitas coipso, quo illuc essemus, tempore, singulis ferē diebus a
quinquaginta hoibus, a parte Viadri, aggere munitur.
Arcem habet Splendidissimam & verē principe dignam, quamvis non
amplam: in qua palatium quoddam nobile, cum genealogia Principū
Bregensium vidimus. Arx est quadrata, optimē pecta, cum dupli-
deambulatorio circumcirca.
Templa urbs duo habet. Unum arci adjunctum; in quod per duo decim-
bulatra ex arce fit ingressus. Principi Superius inservit, inferius au-
licis, ubi etiam sedilia infra testudinē templi optime exstructa
Princeps habet. Formix templi est depicta et illuminata
coloribus; esse insignis genealogiis Principum initij bis depictis;
a quo initium Principatus ille sumserit stipitis vicem sustinet.

Suggestum est optimū ex lapide candido. Baptistarium multo ¹²
elegantius & visu dignius. Altare majus et Simili, opinor, ¹³
alabas trite cum cathedra fabricatum & imaginibus in corpore altaris con-
tentis. Organum ad meridiem nō magnū qdem, referente ta-
men Johanne Klein Keismarcenti, longe sonorius est eo, quod est templi
parochialis. Turris eidem templo adjuncta, continet horologium
magnum nostratibus simile.
Templum urbis est benemagnum ~~textu~~ tectum tessulis, habens epita-
phia plurima idioma Germanico. Duo Latina quae quidem animad-
vertere potui hic assignanda putavi. Unum est Johannis Veinisch
Senioris Bregensis Anno 1562. 21 August. fato functi.

Ingenuum studuit Veinisch traducere vitam

Ornabat pietas incluta facta vivi

Hic fuerat civis, consul quoq; tempore longo

Atq; Senatoris grande subibat onus.

Ne dubita Senior Veinisch post fata vigelit

Nunc volitat nomen docta per ora virum.

Ecce pia fruitur patria, est tunc dotibus auctus

Spiritus asba tenet, regna videtq; Dei.

ALIUD.

Nemo sibi vivit, moritur sibi nemo, sed uni

Uni omnes Christo vivimus & morimur.

Christus n. noster Dominus, seu vivimus, ergo

Seu morimur Christi quod sumus omne jurans.

Gymnasium non procul ab arce splendidum & amplum, forma quadrata aedificatum; in cuius area est cisterna lignea. Hic a parte arvis per multa Baronum & Nobilium quondam mibi Musarum honorum causa commemorantium arma gentilitia picta conspiciuntur. Diversati sumus in foro urbis apud vivem quendam quatuordecim annorum panni exercentem: ubi hospitis filiolem quatuor annos natam instar Psitaci optime Latino idiomate loquentem: insuper plurimas ex Ciceroe, distichis Ausonii moralibus, aliisque autoribus classicis ex memoria, Scholam nondum salutantem, prompte recitantem vidimus. Praeerat benedictioni mensali cum aliis virgumentis duab. inter alias benedictiones recitabat etiam illud

His epulis donisq. tuis &

Fercula mensae apposita praesentia paedagogiarum, dicente interrogante illum, Enid hoc, illud, respondebat, esse gallinam, nucas, caseum &

XV Ut primum tenebris abjectis dies inalbescat; & candidum solis curriculum amicta collus Fra bat, sumo crumenam, & pretio mansionis stabulario persoluto, caepimus viam: et non longe a pago urbi adjacenti, iuxta viam, lapis quatuordecim pedes longus, erectus, et rudi Minerva fabricatus est anno 1584 cum hac a. n. d. p. d. u.

Stuxerunt alii nobis nos presentati

Omibus at Christus sternerit ad astra viam.

In eodem lapide idiomate Germanico, quaedam excisa in hanc leguntur sententiam. Si quisquam in proximo lacu natantes anates sive

globo bombardico, sive felo trajecit, suspenditor. Tertio 13
a' Brago lapide obviam habuimus civitatem Olaviam.

OLAVIA

Germanis Olab dicitur, ubi propter continuam inionem nit observare potui. Arx extrinsecus optime structa videtur, quae est principis Bregensis, cum lacu moenia arvis lambente.

Prandio nos referimus in pago quodam quo etiam turres Wratislavienses conspiciuntur, duobus opinor ab urbe Wratislavia miliar. 9. quae hora 3 pomeridiana salutavimus.

WRATISLAVIA.

Conditor urbis Wratislaviensis fuit Vratislaus Mnata filius de quo ad: Mumpseri lib. 3. cap. 492. urbs splendidis totius silesiae metropolis.

Hae urbs, teste Melanchthone videtur nomen adeptum a' sclavorum trajectu: & rivum principum silesiae crevit auctoritate, opibus & potentia consensu Caroli Quarti, qui recte judicabat exemplo regni Galliae, gubernationis nervos belli pacisque tempore apud civitates esse, si florent opibus, legibus, judiciis libertate & auctoritate.

Urbs ipsa a' Leisnass L. mill. distat, in planicie ad confluentiam Olae & viadri fluviorum sita. Hic sex dierum spatio subsistentes, perlustravi sequentia.

Aedificia sunt peralta & ampla, platearum mira harmonia, vicorum correspondent anguli, in tantum, ut vicos aequales & vix disparos, nisi commotatis signis, agnoscas.

Thues. hist. p. 171.
Wratislaviensis hunc nomen
duum L. m. d. m.

Templa habet quamplurima; inter quae primū sibi vendicat
locum Mariae Magdalena, cum duplici turri sibi in-
vicem junctis, cum deambulatione supra templi sectum, ex
quo ingressus & exitus in utraq; patet. Tegumz viridi
cupro, habentes campanas sine horologio. In hoc
templo est praedominis, et sumptuosiss. ex solido alabastris
sen Onyche suggestum fabricatum: quod tres Angeli dor-
so suffulcunt. Organa duo ibidem sunt, quorū majori non-
dum manus ultima est addita.

Ibidem est in tabella quadam scala Jacobi ex Gen. 28.
cum descendens & ascendens Angelis, & Patriarcha
Jacobo ad scalam mixto, cū hac epigrapha.

Christum scala notat, sumo qui missus Olympo,
Sanguine servatos ducit ad astra piros.

Item in alia tabella.

Est mare quid? MUNDUS. quid cymba? ECCLESIA CHRISTI.

Rece quid? EST VERBI CONCIO, CHRISTE, TUI.

Hoc ubi Christe sonat verē tua cymbula praesto est

Et captura hominum te duce larga venit.

Adiacet gymnasium huic templo ejusdem nominis, quod cepit
initium Anno Christiano 1293, in cuius inferiori au-
ditorio supra januam legitur:

Converte primum regnum Dei &c.

cum quatuor rythmis Germanicis in eandē fere sententiam.

Secundum templum est ad S. Elizabetham, cum unica
turri verum praalta, cum horologio & campanis, viridi
etiam tegumento.

14. 15
Tectum hujus turris ipso die
Matthiae Aphi Anno 1529 circiter horam 8 vespertina tem-
pestas nimia in terram deturbavit, cuius altitudo fama est
fuisse CXIX ulnarum. Quod & si opus etimū fuerit, re-
minē tamen cadendo laesit. In cuius rei perennē memoriā
ibidem Ambrosii Moibani D. exstat hoc epigramma.

D. O. M. S.

MIRABILIS IN ALTIS DOMINUS.

Collapsa est turris Siloē madefacta cruore,

Pyramide hac noscra nemo cadente perit

Nam jussu Domini exceptum (cui gloria soli)

Angelica molem deposuere manus.

Hujus templi Scholae praefuit M. Martinus Veinrich, vir
singulari eruditione & pietate, qui cum noticiam contracti in
coena apud hospitem nostrum egregie nobilem verēq; docti-
simū virum Henricum Smidt, q. d. fabricum, inter templum
Magdalena & Elizabethana habitantem.

In pariete hujus Scholae haec visumz & leguntur.

Opt. et graviss. quisq; confitetur se multa
ignorare, & multa sibi etiam esse
disceda.

Tum judicant homines, ubi jam poenitet.

Ibidem disciplinae scholasticae leges marmore inscriptae,
et quibus nos has selegimus.

LEX EST, CUI OMNES HOMINES DECEAT
OBEDIRE.

MARTIAN. L. II. FF. DE. LL.

LEX I.

In primis adolescentes pietatis sint studiosi, certoque sciant,
sine munitis invocatione nihil se in studiis diligentia
sua promoturos.

II.
Ceterum ante praepceptorum adventum discipuli hora consti-
tuta praesto adsint omnes: tarditas pro dimidia absentia
habeatur.

III.
Venientes praepceptores reverenter excipiant; abentes
honore prosequantur.

IV.
Praesentibus illis consulescant; absentibus ne perscrutantur.

V.
Arma scholastica cumque preparata semper in promptu
habeant, ut dictata facile & celeriter excipiant.

XVIII.
Epistolas & stili exercitationes non ositantur aut per-
simulone, sed accurato studio & diligentia

15
16
curent: de quibus in omnes partes solliciti sint, ut quae scri-
bunt, & vernaculae linguae barbarie remota sint, et
ad Ciceronis, Terentii & perspicuitatem copiam, elegan-
tiam quam proximè accedant, sintque praepceptoris iudicio
& comprobatione non indigna. Negligenter vero scripta
pro non scriptis habeant.

XIX

In summa honestatem & studia cumque juvenes scholae nostrae
(idque de mandato ampliss. Senatus) diligenter colant, ut a-
mabiles sint & gratiosi apud omnes, morum communitate per-
ficiant; ne corripiantur merito, caveant: & virtutis ac pietatis
laudem emereant, strenuè seduloque contendant.

Ibidem habetur quoque legum fusior explanatio: ubi quae
ad pietatem pertinent, quae fiunt in templo, officii organa praep-
ceptores, decorum in schola, extra scholam, in funere, Decurionum,
custodum, paedagogorum, peregrinorum, discipulorum, Oeconomorum
officia. Has facietas Bonaventura Rosterus, ampliss.
Senatus Vranst. Scriba Anno salutis 1563.

Ibidem officii scholastici compendium

ORA, OBTEMPERA, TACE, AUDI, DISCE,
REPETE, EXERCE, PATERE.

Sequuntur inscriptiones quaedam in eodem
templo D. Elizabethano.

MAGDALENÆ KROMAYRINÆ
uxoris Bartholomæi Metelli, epi-
scopi Vratislaviensis cancellarii.

Magdalis hic somnum coniunx tua carpo, Metelle,
Corpore, mens superâ vivit in arce Deo.

Nos ibi læta dies longum coniungit in ævum,
Et sine tristitia gaudia plena dabit.

Tempora cum mundi coelo nos summa reducens
O desiderio tempora tarda meo!

Interea vidui dum perfers tædia lætæ,
Ut mihi cura tui, sit tibi cura mei.

ALIA.

CLARISS. D. JOHANNES MEZLER U. F. D. CONSULA-
RIS ORDINIS IN HAC REPUB. SENIOR COLLEGA,
VIR PRUDENS, FIDELIS, ET IN UTRIVSQUE FA-
CULTATIS LATINÆ SCILICET ET GRÆCÆ CE-
LEBRIS ET DOCTISS. OBIIT ANNO 1538.
2. 8bris.

Christus flagellatus hominem alloquitur.

O miser, o vermis, quæ gestem insignia cerne,
De spinis factum est en diadema mihi.

Et labro liber abit, cum me sententia damnet,
Pro multis unus viclima cædor ego.

Disce meo exemplo, dulcis genetricis acerbo
Luctu, cur patiar disicito tanta, meæ.

In horologio. 1517.

Adspice quam celeri cursu levis effugit hora
Lubrica nec vite tempora perde tua.

Diffugiunt anni celeres, letumq; minantur,
Mortuus ut possis vivere, vive bene.

Maria in ulnis Christum tenens.

Autor eras vite, nunc es lacrymabile funus,
Rursus & ex illo funere vita venit.

Christus passus hominem alloquitur.

Adspice mortalis, fuit unquam passis talis?
Pœccatum sperne, pro quo mea vulnera cerne.

Adspice qui transis, quia tu mihi causa doloris.

Tertium templum est S. Barbara, cum turri veten quadrangula-
ri, tribusq; campanis. Cum in huius templi turri essem, cum ali-
quot meis popularib. ex quib. nominare licet. Dn. Petrum esse
vidi, cum mortuus quidam terre mandaret, in ejusdem templi coe-
miterio, cereas a pueris scholæ præferri pompa fimbri, mulie-
res vero nulla indutas veste & pileo, de quibus consule Q. d. o.
C. G. d. o.

Quartum non longe a templo Magdalene,
ubi vidi Judæos optime ex ligno fabri factos, (sicut in templo Bre-
gensiu primario) & Christum vesti manibus post terga revinctis,
quem a tergo Judæus veste militari decorus cum sparsa icturn
mimitante, pari passu comitatur. A libi item cruce humero
sajulantem.

Templum quintum est Vincentii cum monasterio, quod monachi
albis utentes vestimentis inhabitant; quos cum salutassemus,
omnia monasterii & quae de ea ostenderunt. Ibidem est
Maria mater Domini flens & lacrumans depicta, & Christum
manu tenens, cum hoc epigrammate.

Quis virgo lacrymas tecum non fundat amaras,
Cum sobolis mortem pendat amore tui.

Sextum ultra Viadrum non longe à porta urbis, quod navi vecti
salutare lubuit; in quo Lutherana (ut vocant) religionis cultus
animadverti. Hic vidi Christum ex ligno affabrefactum
habentem bene longos capillos humanos à me contrectatos, qui om-
nem humeris portat.

Hic adiacet templum D. Johannis, circa sedem episcopalem, cum
turri duplici præalta: quarum altera habet horologium cum
quadrantibus vulgare. Hujus index aureis pictus characteri-
bus isthoc epigramma continet.

Hæc nova conveniens horarum machina rebus
Condita Martini presulis ære fuit.

Tempora donec erunt igitur divisa per horas
Hujus erit menti quælibet hora memor.

Octavum itidem ultra Viadrum per amplum, cum templo subter-
raneo nobile & rarum visitur. In templo superiori hæc legi.

Corvino sub rege tulit qui vulnere multa
Pro patria cineres hic Nicolaus habet.

Slesiacos inter proceres venerabilis olim
Hæmgueniam renovans strenuitate domum.

Ad Christum tandem perrexit transfuga castro

Adscriptus sacra (quam bene) militia.
Cuius negata fuit sibi mors per tela per enses
Durnus hanc tribuit nomine morbus ei.

In suburbis ad ortum solis, duo templa videntur, unum cum organo, aliud
sine eo. In foro urbis.

IN GRATIS SERVIRE METAS.
NIL ADMIRARI BEATUM FECIT.
SE XLOSSE, MAXIMUM.

Domus Senatoria seu curia est instar arcis amplissime, cum turri
octangulavi, horologii quatuor tabellis auro depictis.
Horologium est nostris simile in quadrantibus, quod sonando præcedit,
duo pari passu tactus & manu agitatus subsequuntur. Urbs
murus fortissimus circumambit. Duo propugnacula noviter à
fundamento erecta perlustravimus, quæ extrinsecus angusta
quidè videntur; intrinsecus verò aliquot hominum militum capacia.

Ad confluentiam Viadri & oleæ turris non pridem constructa
pro publico aquagio visu dignissima: quæ opera rotarum versum
à fluvio motorum, aqua salubris & limpidissima per tubos tanta
copia mira arte ad usq. turris fastigium sursum propellitur: atq. inde
per minores tubos, certâ, opinor, mensurâ, in loca publica, & ad
civium privatorum, qui eam sibi compararunt, dirigitur. Si quis à
hanc sibi aquam domi comparavit, eamq. haurire velit, per tæcua
dam fustis instar 3 aut quatuor ubi longa tubo artificiosè est
adaptata, eamq. sursum deorsumq. impellendo tantum, quantum
aque cupit, habebit. Urbs aquaductus per multos habet:
quos cisterna in foro urbis publico sita longè præcellit.

Non longe a templo Magdalene virum toti Europa fere
notum Jacobum Alonaviu, urbis & Vratislaviensium patri-
um, Quisq; Lignicem & Bregonsis contubernium in domo pro-
pria, quam paucis ante hebdomadis sibi emerat, compellavimus:
qui omnia pietatis officia nobis exhibens, pro pristina erga Ge-
nerosum Dn. Stephanum Thökei L. Baronem in Leisnarch
annuita, proq; duobus vasculis vini Ungarici dono citate ab H-
lustri Domino Patrono meo missis; commendationibus suis ad Su-
pernum tum temporis urbis Gorkicensis consulem Sebastianum
Hoffmannum, virum nobilem & literis clarum, Gotthardum Bu-
choltzium Reip Gorkicem ab epistolis, nec non M. Martinum
Mylini Supremum inchoy Gorkicensis gymnasii pedagoga carita-
tatis.

His peractis 20bris cum diluulo, portis patefactis via nos com-
mittentes, modico peracto itinere, ad horam diei xi per triginta
civitatem muratam cum famulo auriga nostri Jacobo Widernan
famulo

NEUMARCK

quatuor Vratislavia distantem mil. extraq; urbem prandio in
diversio sumto parumper quievimus.

Nota hanc urbem quondam fuisse celebrem, Vratislaviamq; huius,
ut auditione percipi, coloniam: annuatim quippe tri^{bus} milia
pendet hinc Vratislavia, idq; propriis Vratislaviensis Reipub.
curru ad urbem transportandam. Hinc rheda conscensa
ad horam sextam vespertinam appulimus Lignicium.

LIGNICIUM

Germanis Lignitz & inhanibus Vratislavia longum, est urbs
insignis, optimeq; munita, qua paret Principi Bregensi.

Templa, nisi me fallit opinio, habet duo, horologia tria, quorum
primarium est in foro urbis in quadrantibus. Ubi & hoc notan-
dum Legnitz, alterum esse regionis Silesie ducatum, cui magna
pars terra & populi subsumt. Hic tempore exclusi capta matu-
rantos nil memoratu dignum animadvertere potui. Die insequenti
23 Septembris cum diluulo in viam nos dedimus, adq; horam 9 urbem
mediocriter munitam

HAN

ingredi-volentibus, porta urbis, propter concionem die Dominico ha-
bitam, non patuerunt. Verum ad dexteram deflecentes circa
urbis pomeria digressis, unum templum cum duabus turribus, una opti-
mas horologii tabellas habentem conspexi. Hinc paucis horarum
intervallo tempestive ad horam xi in pago WOLFSHAIN
prandio sumto modicum quievimus. Relicto hoc pago hora 3
civitatem

BOLESЛАVIA

transivimus. Sedenti in rheda undiq; pannis obducta templum
unicum vidi, duas turres cum horologio & quadrantibus. Ad sini-
stram vero emittibus, in pariete domus cuiusda hoc disticho legitur.

Hanc domus assiduo nuper renovata labore

Structa Dei auxilio duvet & ejus ope.

Hanc urbem relicta, non longe ab urbis pomeriis pertransivimus flu-
vium CUSSUM, Tentonibus CURIS dictum, qui est limes
Silesie.

LUSATIA

Et hordim Lusatia capit a Sylva longa, quam subsequuntur pagi
aliquot ignobiles; quibus ante ad latus alterum relicti

aut pertransitis, nocte ingruente in campum seu diverticulo
paſi. Novae tabernae substitimus: ubi coena rustica
& vili sumpta, lectus stramineus, sopore sopitos refocillavit.
Antelucis 22^o Septembris discedentes ad horam 8 matutinam
unam ex urbibus Lusatiae Superioris sereno coelo

G O R L I C I U M Görlitz

uis fluvium Nisum, urbis moenia lambentem Domino itinere
noſtri hodie feliciter appulimus. Hic diverſati in ho-
ſpicio publico Elſmarck per dies non multos, donec res nostras
composui, tandem ad studia nostra jampridem intermiſſa redi.

Ubi iſta notanda ſunt. Civitas ipſa vocatur Regia, anno
Domini 1131 conſtructa; natura loci amoeniſſima quidem, sed mi-
nus forti, ſita in colli non acclivi, mediocriſ magnitudinis, circum
circa hortis amoeniſſimis, praeſertim mirè delectabilis.

Templa in urbe ipſa interiore ſunt tria. Primarium eſt dicatum
ſ. Petro & Paulo ad orientem in ripa Niſi. Ab occaſu in ingreſſu
ſiniſtriſſimum iſtae Germanicè leguntur.

Fundamenta templi poſita ſunt anno Chriſti 1423 8^o Maji die
ſabbati. Anno 1497. 14^o Auguſti ſolum aedificium confirma-
tum eſt. Poſt 74 annos 3 meſes & ſex dies totum aedificium
eſt abſolutum.

Idem haec Latino ſermone.

Fundamenta aedis tibi Petro & Paulo dicatae
Myſtes à Kytliſ adjecto prima locavit

Saxo, Schönbergus praesul Misnensis honorè
ſacravit divum, bis septem luſtra quatermis
Adjectis annis opus abſolvere ſtupendum.

19 20

In ingreſſu foribus seu valvis appictus eſt & Petrus clavem, D.
Paulus acinacem manu tenens. Templum eſt grande inpro-
fectum, continens in capacitate intrinſeca 23 columnas ſeſan-
gulares, videlicet in medio templi duobus ordinibus 12. à parte
chori 7. ad ſeptentrionem vero verſus 4.
In ingreſſu recta laevorſum tendentibus ſub vetuſta cruce haec
occurrunt.

Aspice ſeſve Dei, ſic me poſuere Judaei,
Aspice devotè, quoniam ſic pendeo pro te,
Aspice mortalis, pro te datur hoſtia talis.
Introitum vitae reddo tibi, redde mihi te.
In cruce ſum pro te, qui peccas, deſine pro me.
Deſine, do veniam, dic culpam, corripe vitam.

Dexteroſum non longè à gradu, quo itur ad minus organum, infra for-
nicem, catena ferrea ſuſpenſa eſt rigens balena maxilla, cui
haec epigraphe in tabella quata contenta.

IN MAXILLAM BALENAE HUIC DIVI PETRI
templo, ab Elia Goldbachio, agnomento Richtero
cive Gorlicenſi (cuius effigiem ibidem cernere licet) in
melioſorem ſui recordationem dedicatam.

Aspice praegrandem balena à corpore vulſam
Maxillam, hoc pendet, quae religata, loco.

Hanc seum quondam peregrinis vexit ab oris
 Richteris longum dum pede carpit iter.
 In laudemq; Dei qui talia monstra creavit
 Sacro suspendens huic vovet ille loco.
 Hoc pondus spectans, coeli terraeq; potentis
 Quid valeat statuas dextera magna Dei.
 Si Ceti pars ista levis tot continet ubnas,
 Corpore quo fuerit bellua mente puta.
 Et tamen hoc tantum corpus tam vastaq; moles
 Particula est tantum par vaginica Dei.

Ibidem infra chorum majorem est tabella hac inscriptione ornata.

MIHI ET IN VITA ET IN MORTE
 CHRISTUS LUCRUM EST.

Nosse Deum perfecta est iustitia, & potentiam
 ejus intelligere radix est vitae aeternae.

Hic in figura
 defuncti effig.
 et locata gr.

M. ELIÆ THEODORO V. CL. HUIUS ECCLESIAE
 primario Theologo vigilantissimo, cum docuisset hic
 annum decimum sextum, sibi quidem beate, sed multis
 prematurè defuncto, anno dñi M. DC. die X. mortui,
 aetatis suae XL, hoc monumentum relicta vidua marito
 & liberi parenti desideratiss. a & m. ergo poni curarunt.

Non procul hinc sequens tabella, ^{lapidea} depic tam Christi coena instituta. 20
 nem continet cum hoc disticho.

Ventrem, quod terminus, mentem quod credimus, intrat,
 Haec, animae est, & non corporis esca, caro.
 Postea sequitur.

D. O. M. T. U. R.

Georg. Schmid et hujus Republicae lül praetor,
 de morte cogitans, spe resurrectionis, vivus hoc
 monumentum sibi & quieti perpetuae, memoriaeq;
 perenni Martha Rosenhania ux. quae obiit an.
 CIO 15 22 CIII. m. febr. d. 22 XI, cum vi-
 xisset an. 31. m. 3. P. C.

In pariete ad meridiem chori summi sive ad dexteram.

Colligite o cives divini scripta poeta
 Ne pereat patrii fama decusq; soli.

Hic vir hic est Musas patriam qui duxit in urbem.
 Heroo resonans carmina docta pede.

Felix quae talem genuit te patria civem,
 Scribendo, fando, vix habitura parem.

Hic facies
 subtrahim

M. JOACHIMO MEISTERO
 civi Gorlicensi, philosopho praestantissimo, nato

gravissimo, præter nulli veterum recentiorumve
secundo, scriptis quamplurimis editis claris-
simo, scholarum multarum in primis patriæ
per annos XV rectori fidelissimo, anno Christi
1532 die 7 Novemb. nato, anno vero
1587 die 7 Februarii, ætatis suæ LIII
m. 3. d. XI. Brema in Vestphalia pie de-
functo, discipuli memores et grati, in patria
posuerunt.

in regione ejusdem epitaphii

M. LAUR. LUDOVICUS SCHOLÆ GORLICI
rector, anno Christi MDXXVI D. VIII A-
pril. natus, postquam dimidium vitæ suæ annos
XXIX magna dexterritate, pari felicitate,
non minore cum laude & celebritate nominis hinc
docuisset, moritur anno Christi MDXC. D. XV
April. cujus memoria sit in benedictione.

Hic effigies ponitur, quam sequitur:

Talis majestas Lodovici ex ore nitobat
Gorlicæ regeret cum data sceptrâ scholæ.
Accipe pro meritis tibi quæ venerande magister
Discipuli memores hic monumenta locant.

Hæc tibi mortales dantur immortalis in æthra
Unigenas mentis parva corona datur.

Hic rursus e regione majoribus characteribus hæc leguntur.

Ne ventura tui post viveret immemor ætas
Discipuli memores hæc posuere tibi.
Hic locanda effigies.

VALENTINO FRIDLANDO TROCEDORTIO
Bornh. F. anno ætatis suæ XVI prima literarum ele-
menta ruri edocto, cortice betulæ pro papyro, fu-
ligine pro atramento uso, scholæ Gorl. anno Christi
MDXV collega infimo, minori, supremo, primo
doctum et discens. in eadem scholâ lingue Græ-
cæ doctori. D. Mart. Lutheri auditori religiosiss.
Phil. Melancthonis imitatori foelicissimo, scholæ
Goldbergens. per annos LXXIII rectori clariss.
animam Lignicii Elysiorum inter vota et lacry-
discipulor. anno Christi MDLVI. XXVI April.
Salvat. Christi commendanti, discipuli memores et
grati monumentum hoc in patria posuerunt.

Hæc in templo D. Petri visuntur, quod etiam habet templum
subterraneum mediocri magnitudinis, quod columnis parvis
tertiam fere templi superioris partem sustentat; ubi ligna &
id genus alia pro templi restoratione asservantur.

Hoc templo misso, occurrit templum Monasterii; quod in gymna-
sium ex septina Monachor' aut spelunca, in honorem Dei est
conversum, cui præsumt viri clariss & literar' parentes

M. Martinus Mylius rector & Poeta Laureatus. M. Elias Cüchleus P. C. corrector. Joannes Linckius Poet. Cor. M. Fidenius Papa. M. Joannes Falckenham, et alii præceptores classium inferiorum. Hoc idem gymnasiū habet bibliothecam libris doctiss. medicenter instructam. In hoc templo singulis dieb. Mercurii conciones instituantur. Extra Portam S. Annae est templum Q. Mariae.

In aemeteris extra Nicolai portam.

Vita mihi Chri, mihi vitam ponere lucrum
Vitam per mortem das mihi Chri tuam.
Aliud.

Hic sua deposuit languenti membra senecta
Ritterus studiis consiliisq; valens.

ANNA GELLER

Laur. Neumano viduata, matrona religio-
sissima, matri IX lib. IX nep. const.
inter pia ad Christum servatorem vota
fide evocata. An. ætatis XLIX. M.
Jan. D. 1711. conjug. s. an. 1711.
m. VII.

Valentinus Ritter. Cos. IIII P. F. Jac.
X. in spem certiss. resurr. an. Chr. 1580.

Credenti mors est æterna janua vite
Quis dubitat vitæ lætus adire fores.

ANNA Valentini pars hic dulcissima vita
Altera Ritteri, pars jacet Anna domus.
Quis generis splendor? rerum pulcherrima virtus
Ornavit meritis nobilitate genus.
Quod vitæ studium? non segnis cura laborum
Quos vigili poscit mente fideq; Deus.
Quis muliebri erat mundus? sine crimine vita
Verus & ingenua simplicitatis amor.
Quæ morum laudes? concors, pia, casta, modesta,
Officiosa domi, religiosa foris.
Quas quæsiuit opes? divini munera verbi,
Munera quæ nullo sunt peritura die.
Quis vitæ finis? sacra inter vota suorum
In Christum certa fertur ad astra fide.
Equis honor tumulo? signatum sanguine Chri
Corpus habet templi nomina sancta Dei.
Mortua quid sperat? coelestis gaudia vita
In lucem paucos post reditura dies.
Ergo læta sacro requiescas ANNA sepulchro,
Dum canat Angelicus, mortua surge, chorus.

In eadem tabella.

Hoc pietas titulos, dedit hæc insignia virtus,
Exemplum nata quod meditentur habent.
TUM. MATER. FILIAB. SUPP

Quid mater faciat, vivi quid cura parentis
Vix tandem natos tristia fata docent
MATR. EXOPTAT. AUGUSTIN. F.

Ter denos inter postremus ter tribus annis
Has matri solvo carminis exequias
MATR. DESID. VALENT. F.

Veni ut eo, unde divesticulum feci, redeam: templum D. Petri habet turrem duplitem, campanis sonoris nobilissimam: inter quas est maxima una, quae à decem & sex hominibus trahitur ex templi formice suprema.

Curia in foro urbis splendida, in cuius ingressu laevorsum est vitæ lapidea, dextera acinacem, sinistra bilancem tenens; ad dexteram veni in pariete insigne urbis ex lapide eleganter exarsit quod habet duas tricipites aquilas, tres leones, quarum suprema est alis ornata.

Turris curiae pars inferior quadrata cum horologio & quadrante, dimidio & integro. Leo in fenestram lapideus, in ipso navilium puncto per horæ quadrantem in tantum rugit, ut tota urbs audire possit.

Urbs habet consules quatuor, quos tamvis in regimine sibi succedentes. M. Bartholomæum Scultetum insignem Mathematicum. Sebastianum Hoffmannum. Melchiorum Stenberg. Davidem Rhamlerum. Syndicum unum. Praetorem unum. Scabios, quorum officium inter alia est reos morti adjudicare, quinque aut sex. Senatores quam plurimos. Cives innumeros.

Sed jam satis in urbe purissima; si lubet, extra urbem amoenioris quietis captandi ergo, evagandum.

In horto Joannis Emerici Comitis Palatini, sunt tres orbos 23 2/4 proceræ, tot passibus à templo D. Petri distantes, quot sunt Christi ab urbe Hierosolymorum, puta 930 aut circiter meo passu. Has excipit templum quadrangulare exiguum, ad formam templi Hierosolymitani et quadratis et structum lapidibus, habens sub se aliud templum etiam non magnum: in quo ad orientem est ara, super quam olim Judaei sacrificabant: ad cuius laevam est aditus templi.

In templo superiori ad orientem sunt tria foramina, decem pedum spatio ab invicem distantia, seu 4 ubnas cum parte dimidia unius quadrantis, quae notant vestigia crucium. Ibidem canalis et lapide excisus, ubi agni Paschalis macerati sanguis effluxit. Mensa lapidea quadrata, ubi sortes iactae sunt; infra mensam est repositorium quoddam, quo sortes reponebantur. In eadem templi parte paries extra & intra scissus à summo ad imum usque conspicendus occurrit, de quo apud Evangelistam: et ecce velum templi scissum est in duas partes, à summo usque ad imum. Paries templi huius e regione oppositus dicitur esse locus comesti agni Paschalis à Christo & discipulis, ubi in tabella quadrata idem representatur: in cuius summitate haec leguntur, scripta à M. Joach. Meistero.

D. O. M. S.

Sirenum insar habent ignavo perdita luxu
Lustra, domus, silvae, rura, popina, venus,
Quae fugiens, Emerice, cava trabe caerulea sulcas
Multis solo passus multa pericula salo.

Ergo sedens virtus rediiva ad busta Jehovæ
Donatum merito vexit honore datum.
Ut non parvus opum patriæ hæc monumenta locaret
Virtutis figens celsa trophaea tuae.
Sic geminas tendens palmas, passioq; capillo,
Vitam se Siven sub tua jura dedit.


Imitare virtutem non emulare
Virtutem colere par est non invidere
An. Chr. MD LXXVIII. M. Quarto.
Ibidem.

GEORGIO EMERICO EQ. NOBILISS.
Qui cum opifice et duobus eum seqq. comitib. in
Palas Emom profectus, ibiq; militari dignitate
et equestri super sepulchro Christi An. M. CCCC
LXV. M. Jul. D. XI. donatus esset: post tot ex-
haustos terra mariq; labores, tanto itinere
confecto: cum domum ad suos patre adhuc
superstite revertit: tum sacellum hoc D.
crucis, vicinamq; cenotaphium ad exemptu
expressum, sibi & posteris F. F. ipse deinceps
reipub. hujus senator ad annos XXXVI Cos.
v. finem vitæ clausit ann. M. D. VII. M. Jan.
d. XXI.

Johannes Johannis F. Georgii equ. n. n.
Emmericus avo b. m. p. cur. M D LXXII X.

24²⁵

Ab hoc eodem templo domuncula sita est, ubi videtur et solido
lapide excisa Maria & Chrius quasi jam inunctus.
Longius hinc quasi passuum XX est figura sepulchri Josephi,
in quo Chrius post mortem quiescere traditur. Ante ejus sepulchri
aditum est lapis grandis, qui ab Evangelista magnus valde
perhibetur, & ab ostio monumenti tempore resurrectionis deroluto,
qui habet in longitudine 3 cum dimidia parte ulnas; in latitudi-
ne duas; crassities major tribus unguibus quadrantibus. Ipsa vero
sepulchri facies est talis.



Facies
sepulchri
salvatoris.

Supra fores seu ingressum sepulchri sunt tria sigilla, quibus ab ingres-
su antebant tempore quietis Chrii, unum Judæor, Imperatoris aliud,
ultimū Pilati, supra que sunt duo unguentor vascula excisa lapide.
In medietullio foriū clausur lapideū. In ingressu monumenti est lapis
quadratus, ubi angelus sedens apparuit Mariis. Longitudo & est
monumenti septem pedum cum dimidio, meo pede.

Anno Christi M D C III, die 21 Junii Gregoriana, qui fuit Saturno
sacer, postquam diei precedentis hora 8 Generosus meus publica
orone de vera Nobilitate pro more illius Gymnasii studia sua
clausit, iter Academicum, coelo sereno, amicis compluribus in pa-
go. Daiszoszig uno ab urbe Gorlicen lapide, comitantibus
auspicati, substitimus: illiusq; cerevisia sumpta, amicis vultu in
terram defixo discessimus. Euntibus vero ~~habebam~~ ad lavam
visum est oppidulum **OZTRICZ**, ab Abbatisa Ma-
riam Oztricensi possessum. Non longe ab hoc oppidulo
habet monasterium monachum loco peramansum. Secun-
do ab Oztricz miliario urbem Lusacia superioris

ZITTAVIAM.

ad Nissum fluvium habuimus, quam ingressi divertimus
in hospitio Michaelis von Kohn non procul a Curia
Hac urbs si externum aedificiorum splendorem spectes, palatium
satis est, si vero internum, minime. Habet duo templa,
quorum summum seu cathedrale est S. Johanni dicatum: ad cuius
partem Boream gymnasium noviter extruit, cuius habenas regit
vir summa eruditione & rara probitate praestantiss. M. Mel-
chior Gerlachius, qui a nobis salutatus, valetudinarius licet,
omnia tamen humanitatis & pietatis officia nobis exhibuit. Alter
templum est Monachorum.
Curia ampla satis & formosa cum turri praesalta horologium
habente. Extra portam urbis (ut vocant) Textoriam tem-
plum ignobile S. Triadis.

Hic, quoniam Boemica moneta, in Boemia nobis proficiscentibus 25.
necessum erat, diei partem residuam cum nocte subsequenti in- 26
sumimus. Ut primam nocte discessa, sol novus diem fecit,
Melchior Hause poeta Casareus, juvenis politior litterarum peritia
celebris, potitius hujusmodi urbis, amicus singularis ad se nos invi-
tavit: & promissis in coena mea diei superioris aqua (ut vocant)
vite liquoribus; aenis matutini, peregrinantibus non usq; adeo
amici, pedorem fugavit; & statim equus iam junctis rheda ur-
bem exivimus.

Postquam vero die 22 ardua montium, glebosaq; camporum e-
mensi, pagos Gabel & Nailand, et pagum muro
circumdatum. **NIMIS** nigressimus, prandia
nos refecimus. Hic pagus habet duo templa, horologium integri
unum, alterum simile nostratibus. Aedifica hic sunt lignea eaq;
vulgaria: Habet & arcem non vulgarem.
Pago isto relicto, & Sylva quoq; Hercynia superata, qua totum
illud regnum Boemia murorum Babyloniorum insperat ingitur,
& ab omni parte clausum firmissime munitur ad horam diei vesp-
tinam urbem

Junge BUNCEL nobis BOLESLAVIA umbilicum Bohemia tenet.

Sedem fratrum Boimorum, quos alias Picardos aut Hussitas vulgus
vocat salutamus; quae urbs est duplex nova & vetus: illa
ad orientem, haec ad occasum sita. Curia elegantissimis
picturis foris est exornata, cum turri per ampla eaq; qua-
drangulari, cum horologio integro & quadrantibus.

Cisterna veteris lapidea infra, adest & lignea. Arx
vero ad occasum in monticulo sita, cum duplici turri miris
splendida visis.

Verum quia mentione Sylva Hercynia fines Boemia attingi-
mus; nefas est eam siccis quod dicitur, praeterire pedibus. sed ex-
pedit potius ea, quae scriptores de ea memoria prodiderunt
conno scire.

BOHEMIA.

Bohemiam itaq; ajunt esse regionem illam, quae ab oriente spectat
Moravos, a Septentrione Saxones, ab occidente Thoricum
vulgo Bavariam, a meridie Pannoniam superiorem, quae hodie
Austria nominatur.

Bohemia Anno Chris. 1086 erecta est in regnum, Moravorum regno sed jam extrin-
cto in Bohemiam translato, Polonia, Schlesia, Lusania, Ma-
ravia Bohemorum regno adjectis, licet Chronica Polonica
aliter hac de re sentiat.

Gelida est regio, pisce atq; armentis abundans, hordei & tri-
tici ferax; imo & vini licet non generosi. Cerevisiam optima
facit, quae Viennam usq; Austria vehitur. Sermo genti
& Dalmatis unus est. De Bohemis Sylvius scribit esse plene
toto regno bibulam & ventri deditam, superstitionum sequace &
novitatum avida.

Sed ut ad telam exorsam; Boleslavia 23. Junii itineris ma-
tutini gratiam coelo pluvio capimus, & relictis tum ad levam
tum ad dextram oppidulis aliquot parum super aethera claris,

et quibus in pago Bennate crevisiam in jentaculo potavi 28 27
mus, Albiu nobilissimu fluvium ponte subtilis pertransimus.

ALBIS fluvius, quem Romani, totius orbis Principes, Elbs
quandam terminu Imperii Romani esse voluerunt, oritur, ut
Munster placet, in montibus, qui Bohemia a Moravia dister-
minant, et ad civitatem Germanis Aust Bohemis Auscii
dictam e montibus erumpit: Vel ut Tacito placet in libello de
moribus & Germanis, in Hermundanis Albi flumen inclita oris:
qui primo in occidentem inde Septentrione versus, ubi provincia
relinquit, per angustias montium, & abrupta conwalli, praecipit
Saxonia petit, ac inde in Oceanum fertur.

Pertransito, inquam Albi fluvio urbem

BRANDUSIUM

petimus; ibiq; prandio sumto, aliquid pause fecimus.
Hic est arx Imperatoria non vulgaris splendoris in monticu-
lo sita ad fluentia Albi. Brandusio relicto hora fer-
me quinta vespertina, emensis Gothico 28 miliaribus, tertio
quo iter exorsi sumus die, Pragam regni Bohemiae caput sa-
lutavimus, & in urbe veteri ad tres coronas divestimus.

PRAGA.

Pragam regiam & amplissimam Bohemiae urbem (ut primo de
origine nominis constat) Rex Primislavus aggere & muro cir-
cuit; de cuius nomine tu discere faceret, quod illi imponere ntu esset,
iussit Libussa [erat vero haec fabula (proci secundi Principis gen-
tis Bohemicae filia) ex artificibus, qui prius occurreret rogari,
quidnam ageret; ac ex priori verbo ejus, vocari oppidum futurum.

Hilari Pyckman
de arte apola-
mica.

Vide Joh. Subarini
Historie Bohemice
lib. 2. initio pag. 9.

Interrogatus faber lignarius quispiam, limen se facere dixit,
quod Bohemice Praha sonat. Inde nomen urbi datum; sed
corrupte nunc Praga vel Prag ab aliis nationibus dici, Bohemi
nasutiores fide faciunt.

Est autem mts Pragensis in tres divisa partes, quae singulae
sua hant nomina, scilicet, Praga minor, Vetus ac Nova.

Minor sinistram Multavia fluminis latus occupat, con-
jungiturq; colli eleganti oblongo, cum domibus magnifice et
multis spectatus: in quo sita est regia Imperatoris sedes, et
S. Viti templum augustum a Venceslas fundatum ex la-
pidib. quadratis, cum tribus turribus in summitate templi sitis.

Hic visitur sepulchri Imperatorum Ferdinandi & Maximilia-
ni ex candido marmore picturis elegantib. fabricatum; quod
circumambit crates ferreus inauratus.
Ibidem et simili lapide uni columnarum templi collocatus est vir
quidam cum hac inscriptione.

Octavius Spinula Genuen. Baro & C. S. Joannis
Hierosol. ord. eques.

Columnae templi sunt XIX. In cruce sepulchro Imperatorum
vicina

Haec dedit Augustus Chri monumenta Rodolphus

Sub deambulatione infra formicem templi locato habentur omnium ducum
& Principum insignia depicta. Ibidem videas a' poste. cli-
dentali vexilla XVII, ab ortu vero XX.

Sedile Imperatorium ligneum est supra portam templi, qua fit
ingressus a Palatio Imp. habens fenestras vitreas & pulvina-
ria.

Ad dextram supremi altaris partem sunt stem-
mata Castiliae Hungariae & Bohemiae.

Formix templi est instaurata & elegantissimis picturis exor-
nata anno Domini M D LII.
Organum prae grande ad meridiam. In ingressu foris ad Austrum.

Hic situs est tenui post fata Georgius urna
Gloria Spauriagr qui fuit ante' domus.

Hunc miro quondam Ferdinandus fovit amore
Princeps Austriae spesq; decusq; soli.

Ante diem cuius ruperunt stamina Parcae
Sed non ante diem, qui bene vixit, obit.

Tu tamen haec quicumq; vides monumenta viator,
Vix precor ut placidum sentiat umbra Deum.

Templi structura extrinseca fuit quondam splendidiss. quamvis nunc
quidem obscura; cuius pars licet vetustate corrui, pars tamen elab-
oratam artificium testatur. Fulcra. n. instar cochlearum
arte mira elaborata summitatem muri ipsius templi; licet media
pars longe ab eo distet, pertrigunt; desuper ramis & volucribus
etiam ornata, veteris splendoris rudera spectantur.

Turris huic praegrans & propea adjacet, cum horologio dupli-
majori & minori, & quadrantibus.

Non longe hinc est coenaculum monialium S. Georgii, auctoritate Rom.
Pontificis a' Milada sacris imbuta literis constructa, quae postea
inibi sacerdos consecrata est.

Modico interjecto spatio est quoq; altera turris minor prioriforma
quadrangulari, vicinia domui in qua Imperator commorari solet.
quam conscendentes longis scalis, ex ea totum urbem & orbem
Pragensem situm & ambitum speculati sumus.

Arx minoris est splendoris, quam pro Imperatore & quide
Monarcha.

Domus Rosenbergiaca, turribus plumbo tectis splendidiss.
totam arcem splendore antecit, quam jam Imperator sua fecit
arcisq; adiunxit, vno at illi donas aedificia aliud priori dif-
simile. Circa aedem S. Viti est palatium Impe-
ratoris, ubi proceres convenire solent, & de rebus variis confultari.
Circum moenia mris vidi S. Georgium equo insidentem, et
hasta grande draconem perfodentem, ex cuius ore aqua copiosa
effluit. In hac urbe minori arcem conscendere volentib.
in pariete iuxta domus ad dextram sita haec legimus.

Robora trabs, aquila imperium, leo pectora signat.

Ex arce ponte subitico egressi ad occasum versus, vidi leonem
praegrandem, cum leana & catulo: felis transmarinas duas
vulgo pesma dicitur; unum leopardum in leo iacente, & nobis
propè accedere volentibus vulnere aut certe morte minantem:
Ibidem eorum candidu ferrea inclusum cavca.

Sed minori urbe & regia relicta, nunc ad urbem veterem.

VEVUS Praga in plano jacet, universa magnificis nobilitate
operibus. Ingressu minori Praga ponte lapideo latissimo &
pereleganti, quatuor & viginti arcuum DC LXXVII passuum
mibi longo; quem, Vladislav, qui a Friderico Primo sibi &
posteris regia obtinuit dignitatem, quig post susceptam Chri
salvatoris fidem, rerum in Bohemia Conrado vita functo po-
titus est, aedificavit. Habet haec praetorium, curiam
& Collegium Caroli Imperatoris. Habet quoq; turrim praetoram,
praetorium an curiam dixerim brand. scio annu per magna illi
adimendam (ubi nobilitas quida solonns fur captivus detinebatur.
turris in qua praedicta habet horologium artificiosum, cui adest
inter alia mors arenarum sinistra tenens, idemq; horologio peracto
vertere solent, dextra vero signu campana edens.

Tabula horologii est multis figuris spectabilis in more Argentinesis 28 29
cum hac inscriptione.

Anno 1589 Senatus populusq; Pragensis
hoc horologium renovatum aeternitati dicat.

Ibidem est forum per amplum cum aeterna eleganti. Parvo spatio est
templum Boemianu in cuius turris fenestra praegrande portu in anno-
rum conspiciatur forum versus.

In pariete curia urbis praesa.

Haec domus aeternam praesert quando ruinam
Praesentemq; sui nunciat interitum.

Ordo Senatorum Populusq; Praagensis in urbe
Antiqua, properam fert sibi dexteropem.

Nec mutare sinit ultra vastumq; minari
Casum, totius plebis in opprobrium.

Sic illam renovat, magnosq; habitacula sumtu
Diruta restituens usibus apta facit.

Paulatim vires haec ut Respublica sumat
Et cives tandem copia dives alat.

Si qua prosperitas emergat grata Senatus
Hanc recolet curam, consulat atq; boni.

Ps. 59. In Deo faciemus virtutem, et ipse ad nihilum de-
ducet omnes tribulantes nos.

Collegium Carolinum a Carolo IV patre patrie anno Salvato-
ris 1361, velut alii volunt, 1370, erectum, a Venceslao aedifica-
tum est: cuius pro tempore fasces habuit M. Marcus

Bydzoimus à Florentino, et fuit propositus collegii Regis
Venceslai. Decanus pius & venerandus senex M.
Martinus Bachaziek, oia, quae erant visu digna nobis com-
monstravit, inter quae haec observavi.

In Museo Bachaziek est compages ossium humani corporis a qua-
lis meum longitudinis. Ibidem sphaera unica grandis, in-
star vasis medicinis, cum novis minoribus. Adfuit & tabella
Europa, Asia, Africa, America insignes magnisq; precii.

In collegio Philosophico nunc dicto, primis vero temporibus
Theologico nuncupato, habetur ex rubro lapide effigies M.
Martini Colini Graecae lingua in eade Academia professoris
celeberrimi, posita à Johanne Paleologo. Hic elegantissime
depictos videas Aristotelem, Platonem, Patres quosdam,
Pontifices cum Prophetis non multis. Ex hoc eode collegio
patet ingressus in domum amplam, à Professore sacro quon-
dam in habitatum, in qua in ingressu ad levam adhuc conspi-
citur museum M. Johannis Hussi, sanctiss. Christi martyris, Con-
stantiae Anno redemptoris 1415 combustis. In huius musei
foribus manu Nicodemi Frischlimi hoc distichon scriptum
legimus:

Hac olim haereticos damnati crimine falso,
Hussi, dum vixit, parva taberna fuit.

Civitatem novam ab hac antiqua distinguit fossa profunda
munita muro. In hac etiam urbe videtur templi cuiusdam
rudera cum parte parietis, destructa à militibus Ziscae, volentibus
mortem Hussi ulcisci.

Sed ut ad illud, pro quo prius scandum erat, revertar: in pa-
riete templi cuiusdam non grandis ad portam pontis per

Multaviam, de quo supra dictum est, siti, supra horologium
ambrosiale haec leguntur. 29 30

Hic venit tempus, malus dat signa senectae

Tu quicumq; legis temporis esto memor.

In summa, ut verbulo omnia complectar, tota Praga civitates
in universum dicitur habere sex, puta; antiquam, novam, miro-
rem, resem, poezgal & Judaeorum; ecclesias vero LXXXV.
Extra urbem ad dimidium lapidem, curru perlustravimus Sylvam
Imperatoris, arboribus glandifera & pomifera mirae arte confita, ab
aedificii lapidei pridem constructi, arborumq; structura Stellam
nuncupatam. Aedificium hoc pulcherrimum est tribus aut circiter
contignationibus constans. Inferioris partis pavimentum ex marma-
re candido structum est: ejusdem vero formae picturis artificiose
sculptis nobilis est. Extra domum & Sylvam illic praeter unam
butalium iuxta magnitudinis vidi mil. In valle montis ejus Syl-
vae & domus est fons elegantissimus aqua frigida scaturiens.
Cumq; diebus urbe Pragenae perlustrata et fumi digressi, coenam
in urbe Velbern sumimus. Sequenti vero die urbem

LEITMIRICUM

Germanis Leitmitz, Boemis Litomierzitze dictam appulimus.
Hae urbs amoenis satis loco ad radicem montis vini feracium
adq; fluvium Multaviam sita est: ubi prandio rustico sumto
sa Rossis montibus superatis, ibiq; cingulo meo, pugio, pike
lugubri ex rheda ob incuriam pedisequi amissis BRIS-
VICII Multaviam & Albrin fluvios una navi pertran-
sivimus. Et hic finit Boemia, incipitq; Misnia.

Misnia.

Misniae regioni nomen esse datum à Misna civitatum Misnensium capite, quam Albis fluvius alluit, tradit Munsterus.

Hae autem regio terminatur ad regionem Thuringorum, habens insignes aliquot urbes Dresdam, Torgam, Lipsiam & quae tota tempore Ottonis Magni unacum Thuringorum & Superioris Saxoniae terris Marcha sive Marchionatus Saxoniae, antequam Ducatus Superioris Saxoniae erigeretur, appellata fuit.

Anno Domini 1241 Princeps Landgraviatus Thuringensis sine sobole mortuus, per mulierem ditionem suam ad dominos Misnenses transmisit, qui ab eo tempore titulos adepti & Marchiones Misniae, & Landgravi Thuringiae dicti sunt.

Anno vero Christi 1423 Principis Saxoniae electoris successione viri deficienti, Sigismundus Imperator ducatum Saxoniae tradidit principibus Misniae, quem & in hunc usque diem possident, à quo tempore ipsi triplicem sibi usurparunt titulum Ducis Saxoniae, Landgravi Thuringiae & Marchionis Misniae.

Ad horam ejusdem diei 23 vespertinam in locis montosis & saxosis oppidum

AVSZIG

ad fluvium Albim situm, quietis nocturna gratia concessimus, 30 & illic ad aureum Angelum diversati sumus. Ingressis hospitium adfuere quidam bibuli hospites Germani, pictis chartis majorem in motu vociferando ludentes, qui me discorem mihi melius, pro insolitam talium requiritur gerram, incusserunt. Vix cibo latronum stomachum compelevimus, maturius quieti nos reposuimus, ut statim die insequenti cum diluculo via nos committeremus.

Nox ibat in diem nonum & vigesimum, nosque continuo equis junctis iter nostrum continuavimus, & Silesorum montium asperum permensi jugum, qui Bohemiae cingunt, et à Ptolomeo Suditi nuncupantur, per loca saxosa, immo vero ipsissima saxa ad horam diei 21 itinere saevissimum, urbem Pirnam festi appullimus, & hospitium aurei leonis jejuni salutavimus.

PIRNA.

Hae urbs sita est ad Albim penè ad pedes montium duplici muro cincta, & aqua in fossa urbis contenta. Forma urbis est optima, ipsa vero munda & populosa; forum vero urbis est bene latum.

Dimidia diei metam curriam solis deflexerat, cum itinere nos dedimus, & itinere recto sine ulla difficultate, duobus emensis milliariis, ad horam 7 Dresda appullimus, et ad aureum leonem in foro urbis ad ortum divertimus.

DRESDA.

Urbs Dresdensis celebris & perelegans sita ad Albim fluvium
loco peramoeno, lapidibus quadratis circumdata, fossa latissi-
ma, aqua copiosiss. urbem veloce fluxu circumlabente. Hanc
urbem, non prius quis ingredi patitur, quam custodibus portarum urbis
constet de ingressuri nomine & conditione. Porta, quae ingre-
ditur summus est picturis speciosis exornata: in cuius parte interiori
est equus lapideus totus inauratus, et sese praecipitari volens: ad
cuius duo latera duo pedites armati & cristis ornati sum locati.
Urbs ingressuris oia sunt visa magnifica, oes aedificiorum
structurae splendidae, tegulis rubris totae, quatuor, quinque et
interdu sex contignationibus ad inhabitandum aptis, constan-
tes.

Forum urbis quadrangulare, peramplum, cum
curia perampla et eleganti: ibidemq; cisterna ex lapide can-
dido facta, picturisq; illuminatis exornata.

In templo Parochiali, quod est bene magnum habet effigies
Augusti, Christiani Primi & Mauriti Saxoniae principum.
Organa etiam duo sunt, quae ambigunt eas ibi visum.
Supra fores Coemiterii haec legi.

Vos qui transitis nostri memores modo sitis,
Quod sumus hoc eritis, fuimus quandoquod estis.

Arx Electoris Saxoniae ad Albim, in quam ex urbe fit in-
gressus regia est, extrinsecus picturis subignis splendida:
quam Mauricius Elector fundavit, Augustus vero honoribus
auxit, cuius arca lata est.

Equile parata ibidem visitis, equis variarum nationum
egregiam; in cuius umbilico campus est arena lectus.
desuper

ubi equi statis horis cursu exercentur, cuius vel saltem po-
stes inauratos videas. Ibidem in arca est cisterna elegan-
tissima, ad cuius miam fere partem, equis patet liber descensus
per gyrum. Stabuli pars inferior pavimento lapideo strata
est. Pila grandes cavata nitentibus testudine, ex quarum singulis
aqua copiosa ad equos adaquandos effluit. Loca aequorum ad
laevam 30, ad dextram 21. Item ad alias partes 26 a me nume-
rata sunt; quamvis sint etiam qui 140 loca se numerasse dicti-
tent. Farnu ad equos probe curandos sunt centum, lebe-
tes centum, strigiles totidem cum cristis & aliis ornamentis.

In superiore equis parte, habentur duo armaria &
quatuor conclavia.

Primum armamentarium sive tabularum habet equites
armatos aere fulgido, auro, gemmis vestibusq; holosericeis
fulgidissimos. Alterum rhedas magnificas, & ad utrumq;
latus equites circiter viginti, utrumq; incredibile splendore, rebusq;
pretiosissimas pretio & arte. Ibidem videtur rheda cygnea,
draco corpore sulphureo & maculis interlita nigris. Navis
mira artificis facta. Rheda metallica eaq; immobilis: nam reli-
quis utuntur in certaminibus & spectaculis. Equites utrumq; collocati, ad
laevam Hungari, ad dextram Germani, eorumq; equi termini diver-
so colore. Ibidem Bacchus obesus. Iustitia cum talentis & auro.
Quatuor vicina conclavia, in quibus mensae ex Paris marmo-
re rotundae, ad quas aptantur 12 sella marmorea. Supra
mensarum unam haec legi.

Aut nulla ebrietas, aut tanta sit, ut tibi curas
Eripiat, si qua est, inter utrumque nocet.

Ibidem moles metallica intrinsecus cavea, in qua equus fictus collaratus est, & parte ab una
chorde tractus, automatos quasi nullo cogente prodit, & porculi, quos manu tenet, hospiti porrigit.

quidam lecti bini etiam marmorei, cum aliis vestibus omnium
ferè nationum pretiosis, maxime vero Turcarum. Hic quam-
plurimos fictitios videas Turcas. Fasciulis n. foeni aut
straminis superindute sunt vestes Turcarum maximi pretii; quorum
caeteri pedes calceus, caput larva & pileus, foemora gladius
accinctus decorant: quos si erimus videas, vivos esse iurares.

Transitus à stabulo in arcem, quae habet turres gangulans
est longus, ubi nomina regum, qui ab origine rebus Saxoniciis
praefecti sunt, secundum seriem descripta conspiciuntur.

Ab equitibus non postremum sibi locum vendicat mirum illud
Armamentarium, constans ex tabulatis sex longissimis: in
quorum finis maxima tormenta à globis, in caeteris bombardae et
alia arma omnis generis, incomparabili addo & inordinabili
varietate, arte, pretio, nitore, valore: quae quanto plus mecum
considero, tanto in maiorem eorum admirationem rapior: ubi
equidem si usquam ahibi, hinc verum illud est quod dicitur
superare praesentia famam: quae qui cuncta describere in omni-
um induceret, oporteret eum multarum rerum variae & leporicae insi-
gniter esse instructum. Habet Saxonia itaque arma, modo ipsi
ne desint homines ad arma capessenda. Hic inter alia vidi ego
vexillum 21 pedes latum: bombardam vero 15 dodrantes
mea spithama longam, & tales in ordine uno sunt decem aut
circiter; et quorum numero una Ungarus quidam brachio tantum
sustentans postquam ejaculare potuisset, eade remuneratus est.
Arma eorum ordine occupant, ut singula centena vexilla ha-
beant tympanum, arma sufficientia pro C. hominibus, aliaque
eisdem necessaria, nomine singulis vexillis praenotato.
Albis pertransitur ponte lapideo DLXVIII pedes longo,
(aut vix scio num verius passus longo, quod tamen veris reor)

habente columnas decem & septem, qui pons ~~conjungit~~ duas 32
conjungit urbes, veterem scilicet & novam Dresdam: veterem
est enim distinguat Albis à nova.

30 die post meridiem Dresdā digressis, in ipsa urbis porta, quae
Albim transivimus, vidi nasum quendam hominem nasi magnitu-
dine culmenis mediocri quantitate adaequantis. Veteri vero
Dresda valere iuxta iter nostrum continuavimus locis non inamoeris,
ades ut, non immerito, Philippus Melancthon, dulcissima illa ani-
ma, ac sanctissima memoria viri, vocare solitus fuerit Germa-
nica tempe, habentes ad laevam Albim ad dextram vero vinea.
Tribus itaque emensis miliaribus sub vesperam hora 7 Misena in di-
versorio, ad album angelum, templi Monastici vicinis noctem cape-
re coacti sumus, ubi heras habuimus tres puellas 35 annos &
ultra natas.

MISENA.

Sive Misna urbs Hermundunorum appellationem desumpsisse fertur à ri-
vulo versus Septentrionem ejusdem nominis, puta qui nomen illud pri-
scum in hunc usque diem retinet. Hanc fluvius nobilis Albis ab
orbe alluit: cuius conditorem aënales nostri Henricum primum cogno-
mento Anacrem fuisse memoria prodiderunt, anno Redemptionis no-
strae per Messiam facta 930, imperii vero ipsius 21: qui propter
situm opportunitatem, praesidium Ripariensium militum hoc in loco, con-
tra Ungaros praescos, qui tum plurimas Germaniae toti meta pericul-
osa, inferebant calamitates, constituit.
Sita est partim in valle, partim ad colles quibus circumdatur: duosque moentes
Palatinus ac D. Martini locum arbitri modo sinusum, quem quidam
ancoram vocari mavolunt, constitunt. Urbs & si parva est
aedificiisque minus nobilis, at tamen aliarum urbium propinquitate, flu-
minis navigabilis commoditate, collium circumfusor frequentia,

aënis demum temperati salubritate admodum est opportuna. Ager
frumento, collesq; vicia fertiles sunt, nō ambigo quin etiam metal-
lorum diēs.

Templum fœdum in h. monticulo situ' B. Virginie
dicatum, [mibi relatum fuit Soli esse consecratum] fertur conditum ab
Ottone & parente ejus: quod, nisi tempus nocti propinquū veluisset
fuisse impressus; maxime quod circumferat; habere sepulchrū cum
epicedio Georgii Fabricii, et Georgii Saxonie ducis in primo ad
dextram templi limine: puta' qui capes Johanne Fidenio in hoc eode
templi cecinit: Te Deum laudamus: a quo fulmine & tonitru
rejectus, etiamnū vestigia monstrari confirmant. Habet turrim
altam satis cū horologio.

In colle orientali, quem Palatinum vocari dicebam est arx
principis ampla, quæ est condita ab Alberto tertio; ibide est
inter multas turres una, lapide nro artificio fabrefacto tecta,
adeo, ut undiquaq; prospectus pateat, quasi scandulis coarct.
In urbem fir ingressus per ligneu' pontem desuper scandulis te-

ctum.
Die sequenti hora matutina Misena digressi vivariū per amoenū
reliquimus ad lavam arci subjacentem Miseneri, & per opta-
ta viar' spatia progressi ad horam diei decimam

STRELA

Oppidum aut rectius villa nobis occurrit, quæ habet arcem non
ignobiliter recenter ornatam parentem quidam Pflugh
quasi dicas aratrum: qui tres simul aurigas e' via cedere nolen-
tes sustulit: in cuius facinoris credibilitatem tres adhuc lapideæ
cruces viatoribus commonstrari solent.

Hic prandio sumto, progressi tria milliaria ad horam diei sex-
tam appulimus

TORGÅ

Urbs est per ampla, domibus celebris, habens templum medicorū, in 33 34
quod fertur esse sepulchrū uxoris Lutheri, quod ingredi nō potui
ppr temporis angustiam, aditq; absentiam.

Cisterna in foro urbis est lapidea, copiosam ex octo fistulis aquā
subministrans.

Turris templi est altum quadrangularis formæ cum horologio.

Arx urbi adjacens ad ortum sita pulchra & ampla, quam ingre-
di volentes habuimus portaniam, si sic loqui nō fuerit religio,
sexagenariam anuum.

Consistentes in area arci, vitimus
cochleam altam & spaciosam, quam commode quadregæ cum
egris conscendere queunt. Hic cenam summentibus adfuit
hospes nō inimicus, optimo nos cerevisiæ potu ad bibendum
invitans.

Calendis demum Julii Gregoriani ex somno emerji, discessimus
Torgā, et in itinere caulium farraginē imō ceter' segetem
quoq; largissimam vidi: et inter eundem offendimus ad simi-
lram columnā quandā ligneam nō longe a Pago DRE-
bilge nuncupato, habentem stemma Electoris Saxonie,
& discernentem Misnia tractum a Saxonia.

SAXONIA

Initio facto ab urbe Dresdensi, cuius supra meminī, iter semper fere
habuimus sabulosum, quo etiā itinere ad horam diei nonam matutinam
appulimus in oppidulum

PRITSECH.

Quod habet arcem a' forma extrinseca novam, artificia nūm recentia

non satis prospectum habeo: qua etiam habet turrim quadrangu-
larom cum horologio, ut fere ubivis loco in Germania.
Hoc superato oppidulo ad horam tertiam pomeridianam eodem
dici coelo venoso salvi Wittebergam attingimus.

WITTEBERGA.

Albim nobilissimum Germania fluvium, de quo quaedam in initio
regni Bohemia delibavi, ponte sublicio transeuntes Wittebergam
in hospicio ad nigrum Ursam, apud Thomam Ritter divertimus, ibique
dierum quinq; spatio subsistentes, sequentia observari.

Vitulum
nam dicitur
cupe pri-
mberg
parat;
Urbs ipsa est bene longa sine amplitudine, unico quate muro circum-
data: sed agere bene magnos supra altitudinem moeniū eminentes, ha-
bens portas tres, unā qua fit ingressus ab Albi, aliam qua dicitur
porta aurea ad ortum sitam, ubi Achilles ab Homero celebratissimū,
itemq; Heraculis ob res praeciae gestas celebratissimū, imagines, (qui vi-
vi p̄ eandē portam à Necromanta quopā olim introducti à vulgo
perhibentur) coloribus illuminatae videntur: postrema porta est ad
arcem sita, qua Servestam ducit.

Templa duo habet, Parochiale unum, arcis secundum.

Parochiale extrinsecus ad meridiam supra columnā quadrata sus lapideis
est erectus, in cuius postriā partem, cauda digitulis exca intentis
conspicit oculis

34 35
Turris quadrangularis et quate duplex, illa quate qua habet ho-
rologiū cum quadrantibus est alta CCVI passus, xysto lapi-
deo conspicua, ambulacro ligneo ingrossum ex una in alteram parte
te conjuncta.
Campana majoris concavitas est ampla XXIII
Spithamarum

Templum arcis caret omnibus prorsus columnis, habens XVI infi-
gna Principū lapidea supra fores, qua patet ingrossus ex urbe.
Longitudo Christi, supra effigiem ~~Sancti~~ Philippi Melanthonis, in syn-
dona leucophari coloris descripta, cum his versiculis videtur.

Disce homo cura salus matris spes unica JESUS
Dum mille arumnas dum pins usq; tulit.

De cruce grata quies mundam apprehendit Joseph
Syndona; cui corpus signa dedit laterum.

Non est crede mihi quam spectas amice viator
Illius at praefert haec tibi signa, vale.

Principes Fridericus Sapiens, parte ab una, ab altera vero Joannes
muro sunt inclusi. Idem etiam ex alabastro flexis genibus
altare oculis contentibus et sculpti videntur.
Ibidem a parte arcis dextram versus sepultus est Doctor Mart.
Lutherus, in cuius monumento aereo haec leguntur

MARTINI LUTHERI S. THEOLOGIE
D. CORPUS H. L. S. E. QUI ANNO CHR̄I
M. D. XLI. XII. CAL. MARTII EYSLEBII IN PA-
TRIA S. M. O. C. V. ANN. LXIII. M. II. D. X.

Eiusdem effigies in pariete viridi panno desuper tecta est.

Philippus vero sepulchus ad sinistram templi partem urbem
spectantem, cum aereis characterib. monumenti his verbis.

PHILIPPI MELANCHTHONIS S. V.
CORPUS HOC LOCO S. C. CUI ANNO
1560 XIII CAL. MAJI IN HAC UR-
BE M. O. C. V. ANN. LXIII. M. II. D. II.

Copiosum epitaphium à Joachimo Camerario scriptum in pa-
riete legitur.

Super duo (eti ossa oblonga & parieti concatenata
haec leguntur.

Omnes ferrigena praegravante ceruite Cete
Bis septemq; pedum copia de latere tensa,
Cumtipotentis opus non perseverabere cuivis
Perpicuis undis sub talia monstra creavit.

Ibidem etiam visitur Sepultura ^{egregia} Gregorii Majoris.
Habet hoc templum organon non grande: habet et ambulacrum
egressum ex aula suppeditans.

In coemeterio templi Parochialis epitaphium Michaelis Varadimi.

Cum bene sperata virtutum laude placeret,
Varadii Michael patria cura soli.
Mortuus in prisca olim reditura figuras
Nuper in hac sterili membra reliquit humo.
Dum tamen exuvias retinebit corporis urna
Hospita Siderem pars colet ipsa folum.
Quisquis es & gelida positum spectabis arena
Expectes vitæ tu quoq; fata tuæ.

Anno 1590 ætatis 24. 7. Octobris.

Academia 18 Octobris Anno Christi 1502 pompa celebri intro-
ducta primū est, accersitis liberalitate FREDERICI Ducis Saxonie
Electoris professoribus. Fuit primus Academiae Rector Mar-
tinus Polich Francus. natus in oppido Mellerstad artium & medici-
nae Doctor. usq; hic natalis Academiae quotannis celebraretur, con-
stitutū est, ut eodem die hyberni semestris Rector & Decanus crearetur.

Locus Magistralis longus est 32 passus, habens in ingressu ad
lavom fornacem ferream quintuplicem seu quinq; angularem,
ad dextram fictilem vulgarem. Ibidem à parte Orientali sunt
vive quorundam principum imagines cū his inscriptionibus.

Vocat̄ alias mona-
stium ad parvam
eliphinam.

Academiam Wittebergensem inchoavit Fredericus 3. Dux Sa-
xonie. Conservavit Joannes Dux Saxonie. Fun-
davit Joannes Fredericus Dux Saxonie. Bello dissipatam in-
stauravit Mauricius. Exornavit, amplificavit & confir-
mavit Augustus Dux Saxonie.

Hos omnes principes precedit Lutherus cum crucifixo picto
& sequente ~~Sancto~~ Melanthere.

Solus ex alia parte sine titulo depictus cervit̄ Christianus Pri-
mus Dux Saxonie: cui titulus denegatus est propterea quod fer-
menti Ubiquetarii non omnib. modis fautor fuisse perhibeatur.

Collegium Theologicum est longum triginta quinq; passus, ibide
ex Lutheri effigies vetusta.

Philosophicum longum 23 passus.

Augustanum collegium longum 29 passus.

Collegium Juridicum 17 passus.

Communitas 32 passus, habens mensas 21, quarū una quaelibet
14 personas capit.

Tabellas parieti affixas binas habet leges descriptas henses.
Adest et cathedra, ex qua inter comedendum unum ex sacro
codice caput praelegitur.

In Museo Lutheri sub bibliotheca hoc ipsius Vaticinii creta
identitate ab inhabitatoribus renovatum legitur. ~~Tur~~

Anno 1600 Turci sunt futuri domini Italiae & Germaniae
si ultimus dies mundi non obstiterit.

Infra ejusdem Musaei laquearium.

Non hic Calvinus, non Beza, sed ipse Lutherus
Repperit & docuit dogmata vera Dei.

Hic docuit constans, trepidantes sustulit hostes,

Huius, tu qui legis hae fausta precare, viro.

Theatrum anatomicum est mediocris capacitatis, in cuius
cubiculo & atrio scelebra hominis, canum, leonum, gruum,
aconiarum, felium, leporum, & aliorum animalium quam-pluri-
morum vidi 43 numero.

Sequitur MATRICULA

COETUS UNGARICI.

In fronte

EVX H Pro perpetua coetus Ungarici
Wittebergae collecti & colligendi
felicitate.

36 3
Sis felix, vigeasq; diu, flos inclute, regni
Pannonici & patriae commoda mille feras.

Gratia, visq; animi, diae bona munera pacis,

Permansura quies, candidiorq; fides,

Firma valetudo, fausti successibus anni,

Sint vitae semper laeta corona tuae.

Titulus libri.

MATRICULA COETUS UNGARICI IN ACADEMIA
WITTEBERGENSI COLLECTI AB
ANNO CHRISTI 1522.

In nomine Sanctae aeternae & Individuae Trinitatis, Patris Filii &
Sp. Scti. Anno M D L V die XXIV Junii Fratres Ungaricae
nationis Wittebergae studiorum honestorum causa congregati, ut iure
eiusdem nationis certo quodam ordine studiis & gloria Dei ser-
vienti in officio retinerentur, hos infra scriptos articulos communi
consensu approbaverunt.

1.
Cuiusq; recens in hanc Academiam ex nostra gente gratia colen-
di ingenii se contulerint, Praeceptoribus reverentiam, & obedientiam
Magistratui juxta leges & Statuta Academiae exhibere suamq;
nomina profiteri, & honestam gratitudinis scitionem declarare
meminerint.

2.
Ut erga omnes inferiores aequales & superiores sese modeste &
sine justa reprehensione gerant, studia ita tractent,

ut olim Eccl^a Dei Reip. & propria saluti prodesse possint.

III.

Diebus Solis & feriisq; exercitium concionandi, quo olim ad futuros majoresq; labores in ministerio perferendos, aptiores esse possint, serventur.

IV.

Usitata exercitia disputandi ingentia commoda juventuti allatura, singulis secundis septimanis pie & sine acerbitate conferendo, retineantur.

V.

ut juvenus in officio magis retineri possit, habeant semper ex suo corpore electum spectatae fidei & eruditionis virum, qui vitae & morum juventutis inspector esse possit, et ne querehis publicus magistratus temere molesteq; ipse eas primum dijudicet: quas si componere non potest, ipsemet ad Rectorem deferat, & petat defensionem contra injuriam illatam.

VI.

Singuli qui noviter hanc Academiam ingrediunt, pro certis et necessariis agrotantium usus, et alias necessitatibus nationis in hoc peregrino loco levandas, Joachimicum in commune conferant.

ANNO DOMINI 1562 Seniore Basilio Szikszai studiosi nationis Ungaricae ex communi consensu aureum quoq; Ungaricum, quem singuli viventi Reverendo Domino Praeceptorum Philippo Melancthon con-tribuebant, converterunt in usum anniversarii Dominis Praeceptoribus instruendi, ut sic a quolibet studio nationis Ungaricae hanc Academiam ingressuro deponeret aureus unus cum Joachimico.

Propositiones de quib. disputabit ostendant prius
aliam ex publicis Academiae lectoribus, & ex his aliquis ad-
sit in disputatione tanquam orbiter et moderator in Godofredus
illius erudite collationis judiciorum. Phil. M.

ANNO 1563 die 4 Julii leges & statuta na-
tionis Ungaricae, sua etiam praesentia in usitatis disputa-
tionibus respondente Seniore Demetrio Fabricio de Ceremoniis
humana auctoritate in Eccl^a institutis approbavit et confir-
mavit Paulus Thuzius pastor Eccl^a Sajosrens Peter inen
Bernhardus Solthius pastor in Tolozva legati spectabilis ac
Magnifici Dni D. Gabrielis de Peren, missi ad Illustri-
ss. D. D. Augustum Ducem Saxoniae elect. et Academiis Wite-
berg. & Lipsensem, de quibusdam controversiis Theologicis.

ANNO Dni 1586. die 10. Augusti.

Universi fratres nationis Ungaricae honestoq; studio causa
Vitebergae congregati, ut eorum existimatis facta tecta ma-
neat in hac celeberrima Academia, sic sentiunt, sic volunt,
sic constituunt.

Singuli & universi cives Reip. nostrae memores sortis & conditionis
suae, tantum aris alicui, si necessitas efflagitaverit, praesertim
in coemendis librorum materiis conflando, quantum sit solvendo.
Quod si quis huic constitutioni non obtemperaverit, primum a
Seniore admoneat, deinde corrigeat, demum si opus est impediatur.
Interfuerunt dum haec regula communi consensu conscriberet
omnes hi fratres, quos hoc loco nomina assignata sunt:

Andreas Caroli Senior
&c.

Ab Anno 1568

Formula juramenti, quam fratres nationis Ungaricae Vi-
teberga congregati usurpare summa cum reverentia solent.
dum se in orthodoxa confessione unig veri fidei, qui
est Pater F. & Sp. S. propositionibus hinc ab eisdem
gentis hinc comprehensa, ad ultimum usq[ue] vitæ terminum
permanuros sponte pollicentur.

Ego N. N. fide bona, conscientia Deo debita, sine ullo
falso, vel dolo malo, in conspectu Sacro-sanctæ Trinitatis,
citra etiam omnem tergiversationem aut pretextum, sim-
plicitate ut verba ipsa sonant hinc thesibus de Deo, totiq[ue]
de Trinitate cælesti, in scriptis Prophetarum & Apostolicis, et tribus
Symbolis comprehensa subscribo, ac in eorum confessione,
eadem conditione, me ad ultimum usq[ue] vitæ spiritum perduraturum
sanctæ pollicor; quod qui violaverit tanquam perjurus et he-
reticus & hæreticus simul atq[ue] impostor, blasphemus, sciat
se judicium Dei terribile olim non effugiturum.

Eadem fide promitto me omnibus statutis & legibus sanctissimi
huius coetus pro virili obtemperaturum.

Conditiones, quas majores nostri bono consilio proponere
publicè solebant; illi vicissim in earum sanctam &
inviolabilem observationem se se singulariter obstrin-
gebant, data seniori dextra in signum Fidei.

38. 39

Ego N. N. primum omnia sancta fide coram Deo coram Angelis, et hac
Christi Eccl[esi]a pollicor, me ab hac vera Trinitate nunquam discessurum: Atq[ue]
neq[ue] in castro, aut novorum Avronor[um], impietatem illam Francisci Davidis
sectantium, aut superstitiosa papistar[um] placita amplectentium, commigraturum:
sed semel acceptam, et ex scriptis Prophetarum & Apostolorum haustum pietatis
coelestis sententiã ad extremum usq[ue] vitæ mee habitum, sine furore & dolo
malo retenturum.

II.
Promitto me erga hunc coetum sanctiss. sicut in præsentia sua & in absentia
ubiq[ue] locorum sic animatum fore, ut ejus honestatem adversus falsas
hominum vocalas tueri, dignitatem ornare, pietatē & diligentia in oibus
comendare, deniq[ue] meam erga hanc Remp. observantiam, tanquam er-
ga matrem studiorum domi peregrin[um] dictis & factis declarare nunq[ue]
dubitent neq[ue] negligam.

III.
Pollicor me nullius de laude quicquam detractur[um], nulliusve commoda usq[ue]
impeditur[um], sed suam cuiusq[ue] distinctionē et laude rigentē redditur[um],
atq[ue] omnes sensus meos in ea cura occupatur[um] in mea vocatione, ut
tam a moribus quam a professione vere Trinitate lumen quasi sim in
hanc Remp. illaturus, in cuius sinu hactenus suaviter in hoc loco pere-
grino acquievi.

IV.
Promitto me interim ex hac urbe nõ discessur[um], donec cum oibus, quorum
privata beneficia utilia mihi fuere, candidè transigam t[ame]n quib[us] aut
mutuatione, aut sponsione, aut alia quacumque re quippiam debui,
satisfaciam: ita ut hic meus discessus ornamento & comodo sit huic
coetui laudatissimo, nec ulla anxia calumniandi aut sinistrè sentiendi
aliis præbeat, sed potius ut omnium sermones in laudem & honestatem
nostram hactenus sint accommodati.

V.

Postremo pollicor nomen meum primâ statim facultate liberatum,
 et res alienâ dissoluturam, ne ignominia ex aeris alieni dissol-
 vendi tarditate collecta, per me augetur: sed potius ut mea fi-
 delitate et industria diminiatur & labascat. Hocq; eo libentius
 promitto me facturum, ut omnia & fratres de me benemeriti possint
 sese absq; omni molestia ex sponsione, quam meo nomine sustinent,
 liberare.

Deo adiutore ad hæc oia sanctè & fideliter pra-
 standâ me coram vobis adstringo data Seniori
 dextra, loco juramenti.

NO MINA EORUM, QUI AUDITA
 repurgatione doctrinae coelestis, cognoscen-
 dae veritatis studio, ex Ungaria Witteber-
 gam se contulerunt, ex Publicis Academiae
 matriculis collecta, et in certum Catalogum
 juxta seriem annorum digesta, opera et in-
 dustria Casparis Lepthii Anno Domini
 1578. 21. Novembr.

- Rector Phil. Mel.
 Martinus Cyriaci de Lentsovia diocesi Strigoniensis. 1522.
 Stephanus Galszessi hos omnes praecesserat.
 Dionysius Lincis Pannonis. Balthasar Gleba Budensis. 1524.
 Joannes Ushmannus Budensis 1525.
 Christianus Lanius Ungar. Anno 26.
 Joannes Sigler Lentsoviensis. 1527.
 Michael Szalai. 1. Sept. Matthias Biro Devai 1529.
 Gregorius Joannis Debrecinus 3. Xbris. Anno 1529
 Reuelensis Simon Transyl. Cassoviensis. 1530.
 Demetrius Czuda. Emericus Ocornius. Lucas Thuringus. 1530.
 Andreas Lupus Strigoniensis. 13. 8br. 1531.
 R. Cass. Cruciger Franciscus Thordenensis 1532.
 Joannes Antal Ungarus 33.

- R. D. Georgius Lakas primus suffragio facti electus Senior.
 Simon Osdolanus. Joannes Vitus. ^{Balsoradig} Matthias Czabai. Gregorius Molnar.
 Paulus Thuri. Franciscus Czegledi.
 Senior II. Joannes Vitus Doctor Medicinae eode anno.
 Andreas Czegledi. Bartholomaeus Bagosi. Michael Hevesi.
 S. III. Matthias Czabai 1556.
 Caspar Solioni. Caspar Carolinus. Steph. Cruciger Laskai.
 IV. Simon Osdolanus. Senior.
 V. Paulus Thuringus.
 Petrus Melius
 VI. Senior. Petrus Melius.
 VII. Franciscus Czegledi.
 VIII. Senior. Stephanus Eszechinus 1557. die 5. Xbris. Basilis Szixai.
 Jacobus Besenici. Alexander Lendi nobilis.
 Andreas Thordenensis IX Senior 1559. 19. April.
 Georgius Kopaczi
 Senior X. Basilis Szixovinus eode anno. 3. Xbr.
 Andreas Magoczi nobilis. Joannes Davu Parachinus 1560.
 Benedictus Kecskemethi 1561. Vallenking Hellopens Szixai 1562
 XI. Senior. Demetrius Sibbolshius 1562. Joannes Agricola Kecskemethi.
 XII. Senior. Basilis Smigmatopoenis 1562
 XIII. Senior. Demetrius Fabricius Szixai. Stephanus Theleki.
 Michael Eszechinus. Stephanus Monostorinus
 XIII. Senior. Michael Eszechinus 1563. 1. Aug. Joannes Baptista Kerechuri
 Petrus Nagy Bani. Petrus Carolinus. Thomas Felegyhazi. Dabec.
 Joannes Czuhjak Miscolci pater meus pia recordationis. 1564. ^{Cassovia inter magnos Calendis}
 XV. Senior. Georgius Fabricius 1565. 8. Febr. ^{Augusti, Vindobonam pervenit}
 Franciscus Alexandri Vedariensis. Emericus Loricinus Ung. ^{ultimo die mensis Augusti}
 XVI. Vallenking Hellopens Szixai. Bartholomaeus Nagy Thalliai. ^{Parachini venit pridie nonas}
 Michael Paxius. Adamus Thordenensis. Caspar Deczi. Matthias ^{Decani 1566 ad Paulum}
 Thuringus.
 XVII. Adamus Thordenensis 1566. 8. Augusti.
 Joannes Vetsins. Franciscus Copaczi.

Senior, XLIX. Joannes Verejins 1568. 18 Febr.
 Baltazar Thurinus. Nicolaus Grarmathi 1568. 10. Mart.
 Thomas Monos Tactarius. Joannes Bonifolius. 25. str. 68.
 Michael Varfanius 1569. 23. Octob.
 S. XIX. Joannes Felnemethius 1569. 9. Mart.
 S. XX. Paulus Puh Miskolcensis. 1570.
 XXI. Nicolaus Monostorius 1570. 3. Maji.
 Joannes Debreceinus. Petrus Bereghasius.
 XXII. Thomas Fabricius Mohrinus eode anno. 6. Augusti.
 Stephanus Chrysopoens. 1571. Mathias Scanicus Kevenus.
 XXIII. Gregorius Bedhe Szegedius.
 XXIV. Petrus Laurentius Bereghasius. 1572. 10. Sept.
 Albertus Lallai 12 Junii 1574.
 XXV. Mathias Thuronius. 1574. 8. Aug.
 Vincentius Tholmensis 1575.
 XXVI. Georgius Casar Cassovius. 1576.
 Ambrosius Dereczkei. Joannes Szalai. Thomas Szölösi.
 Basilus Mosdosi. Fabianus Pipo Bellemi. Paulus Szegedi.
 Jacobus Emedien. Stephanus Caposius. 1577. penult. Maji.
 Georgius Scepesius 1577. penult. Maji. Paulus Varfanius.
 David Sigemundus Cassov. Joannes Futsi Joannes Monaj.
 XXVII. Paulus Dégi Szegedius. Daniel Kis Dobozai.
 Petrus Lascovius 1577. 16. Apr. Caspar Pesthins. 1578. 3. Junii.
 Paulus Montanus 1578. 3. Junii.
 XXVIII. Caspar Pesthins. 13. August. 1578.
 Basilus Varfanius 1579. 3. Junii.
 XXIX. Senior. Franciscus Debreceinus. Lucas Hodazius.
 Andreas Sarosius. Joannes Karai. Paulus Szanthofis
 Vitus Zancinus.
 XXX. Joannes Szentshei. Isaac Fegiverneki. 25. str. 1581.
 Lucas Kóczki.
 XXXI. Lucas Hodazius. 1582. 14. April.
 XXXII. Andreas M. Sarosius 1582. 4. Jul.
 XXXIII. Andreas X. Callovius.

Joannes Siderius 1583. Georgius Tardi. Joannes Pelcius.
 XXXIII Senior. Joannes Siderius Szikszai.
 Stephanus Czorba Debreceinus. 1583. 24. Aug.
 XXXV. Thomas Fabricius Tholmensis. 1584. 27. Aug.
 XXXVI. Andreas Carolinus. 1585. 4. Aug.
 XXXVII. Lucas Kóczki 1586. 31. Aug.
 XXXVIII. Joannes Chanadius 1587. 6. Junii, Demetrius Karkovius.
 Demetrius Szlarinus.
 XXXIX. Joannes Czaholius 1588. 25. Jan. Basil. Kecskemethius.
 XL. Martinus Thurinus. 89. XL. Joannes Unguarinus. 1591. 25. Mart.
 XLII. Andreas Unguarini. 1592.
 XLIII. Emericus A. Uyfaluus. 1592. 12. Febr.
 XLIV. Joannes Repius Szegedius 1593. 19. Mart.
 XLV. Joannes N. Thuri. 95. 19. Mart. XLVI. Joannes P. Belooni 97.
 XLVII. Thomas Szehius 1597. 20. Aug.
 XLVIII. Emericus Katona Uyfalu. Moses Vasarhelius.
 XLIX. Baltazar Gombos Miskolcensis. 1598. 3. April.
 Christophorus Deeri. Thomas Udvarhelius.
 Anno 1603. ne praesente ibidem salutarij. Balsh. Miskolceni agrum ^{Seniorem} ^{contus}
 Thomam Udvarhelium. Michaelem & Stephanum T. Varadinos.
 Joannem S. Kecskemethium. Stephanum P. Besinam. Stephanum S.
 Rivulinum. Lucam Varadinum. Benedictum Nadasi. Michaeli
 Szizreki. Stephanum Belsekium. Stephanum F. Dobronski.

Forum urbis est amplum: circa quod est cella infernus dicta.
 In aribus. M. Balsh. Mensii Poeta hoc distichon legi.

Mencia de Musis sacer est locus iste recedat
 Sanna; decet rebus quomq; vacare suis.

Munsterus autor est lib. 3. Cosmogr. cap. 452 Arcem Wittbergensem
 est templum arci adjacentem condidisse Ducem Fridericum electorem
 Ernyi electoris filium.

Witteberga 5 Julii novi excessimus, et post 4 miliaria
Serepsam appellantes diverſimus apud Leuophaum leonem.

S E R V E S T A.

Est veterum Soraborum metropolis, urbs ampla quidem sed minus
splendida, muro amico aggere bene munita. Hic Wolfgangum
Amblingum primum Theologum, & Georgium Berſmannum poe-
tam sexag^{to} sex^{to} annum aetatis agentem, et nimium surtu, salu-
tatis, altera die no longo itinere, per pontes ligneos ipso meridie
Magdeburgum appulimus, atq; ad dextram auream hospitium quaſivimus.

Anno 1630. 20 Maji Comes Joani Tullig
vi cepit, ~~urb. delicta et~~
inhabitabit plus quam 30000 desiderati.

M A G D E B U R G U M Magdeburgum

ga Romani Venere
terunt, et in hac
be Venus coli coepit
t, ab eaq; tang. Paho
urbs ipsa nomen ad
ja.

olim Parthenopolis a Venere Parthenia, quae illic culta fuit, dicta esse
credunt, est metropolis ac primaria Saxoniae urbs ad Albrin flu-
vium sita, moenibus, propugnaculis turribus excelsis et profundis
fossis munita, a Druso, tempore Augusti Caesaris, extracta.

Urbs ipsa aedificiis ligneis elegans, forum het amplum. Domus
senatoriæ sen Curia habet horologium, cujus quadrantes duo arie-
tes cornu peti feriunt: postea miro artificio campanulae duos ver-
sus ex illa Lutheri cantilena Serva Deus verbum tuum Et
cantant, quas sono horologium majus subsequitur.

Ante curiam supra columnam lapideam ferreis cancellis circumseptus
le Imperator lapideus equo lapideo insidet, qui sceptrum dextra
tenet.

Templa habet plurima turribus duabus spectabilissima, quorum
summum est Cathedralis amptu & regium opus, ab Othone Magno
Imperatore anno aedificatum Mauritiog^o dicatum, quibus fuit de lez-
gione Thebana, quæq; Caesar Maximino p^{ro} constante Christi professione occidit.

In hujus templi ingressu sunt lignae virgines decem, quarum pars
~~videt, ^{partes vobis} ~~videt, ^{flet}~~~~ tanto artificio affabrefactae
et ornatae, ut si vox adestet vivere illas juraret. Ibidem visis
cathedra ex alabastro, quam Moses capitis vertice sustinet. Est
quoq; illic lignea indulgentiarum arca, cui nec non pars am-
phorae seu hydriae lapideae unig in nuptiis Cara Galileae quondam
habita. Turres habet duas ex quadratis lapidibus factas,
quar una ad summum usq; habet passus ^{CCCCXXVIII}.
Majoris campanae exterior circumferentia, ^{vel circumferentia} est lata 2219 Spitha-
marum. In cacumine est corona lapidea maxima: alia eadem
caeret, quam amisit anno 15^{to}, cum urbs fortissima mensibus
quatuordecim obsessa fuerat, a ~~Caesare~~ a toto Imperio.
8 Julii Gregoriani hora nona matutina in viam nos dedimus, et
duobus mil. confectis hora 12 in pago Saltz transivimus,
ubi sal coquitur. Pransi circa oppidum Calwen fluvium
Salam ponte ligneo transivimus. Quatuor rursus confectis mihiar.
in oppido KOTTEN muro cincto, cui praest princeps Anhalti-
nus Dessavienſis, vesperi pervenimus. Die subsequenti
quinto a Kotten lapide in pago Grebena noctem a in stabulo
equor regimus. Ultimo tandem veteris Junii seu x Julii
Gregoriani hora 7 matutina Lipsiam appulimus ad rubram aquitam.

vel ut alius placet
anno uno et hebdomade
septem.
Causas oppugnationis sup
pediat Drifberg in sexto
millenari. p. 495.

L I P S I A.

Lipsia aedificiis splendida, Academia celeberrima insignita,
dives nostro tempore mercatorum est emporium, ab Othone
Conradi filio in formam urbis redacta ac munita,

cujus insigne sunt binæ Palma Phœbi scilicet & Cyllenii.
 Murus urbis simplex est usque sine robore. Tempora habet
 præcipue duo; quorum unum est ad S. Nicolaum cum turri præ-
 alta, unde Academia non longe est disita, quæ 12 portis
 Anno Christi 1409 auspiciis Frederici I. bellicosissimi, primi Ele-
 ctoris Saxonie Solemni ritu introducta et inchoata est, Co-
 lonia Pragensis academia, cujus primus Rector fuit Joannes
 Otto Munsterbergius.

Fundationem Academiae
 factam fuisse anno Christi
 1411 dicit Dreyf. 26. p. 299

Occasionem aut Academiae
 Pragensis quondam fuerit
 dissipata, vide Millen. 6.
 Dreyf. par. 2. pag. 42.

Hæc eadem academia hæc instructam Bibliothecam, duobus
 conclavibus constantem, quorum prius XL mensas, posterius
 XXXIX habet. Hic vidimus Homeri opera scripta cum scho-
 liis Græcis. Item Biblia in pergamento forma (12) manuali
 cujusdam monialis manu scripta. Reliquia hæc Beata
 virginis Mariæ instar casei concreti. Hic habet effigies
 cum vera statua deliciae Petri Mosellani Grammaticæ
 literarum Professoris in eadem universitate. Item defuncti Lu-
 theri & Melanthonis facies. Item facies Caroli V in ori-
 chælo, quæ tempore obsessionis Wittenbergensis visæ est.
 Sphæra lignea grandis cum lapideis aliquot minoribus.

Templum aliud est ad D. Thomam cum turri præalta xystum
 habente, Hinc viciniam ferè est arx Principum Saxonie
 minime celebrata, ad ^a cuius ~~PRINCIPUM~~ vel ipsi vires orientis ingressu.
 Curia splendidissima est, tribus ad summum contignationibus
 abæ nobilis.

2 cum vicino coenobio
 cujus fundator est Di-
 ttericus Othonis filius

Lipsia apud Dn.
 Mathæum Dreyfem
 pota excepta et collo-
 gis venerandis semis
 per duas horas recreati
 notavi.

Verum inter alia hujus urbis momenta, non ultimum locum
 sibi vindicat Coemeterium extra urbem, quod in metallis hæc
 templum cum turricula D. Joannis: in quo inter alia hæc
 notavi.

Joachimi Camerarii Pabergensis, generis anti-
 quitate, virtute, integritate vitæ, ac doctrina
 laude celebris, qui obiit anno Christi MDLXXIII
 xv Cal. Maii, ætatis LXXV, ac honestissimæ et se-
 lectiss. matronæ Anna Truchsesiæ Grunsperg,
 conjugis amantiss. quæ aliquot menses ex hac
 vita maritum præcessit. Nec non virginis Mar-
 thæ eorum filia, hic corpora quiescunt, anima
 coelo reddita, Fama nominis perennis.

Hæredes opt. meritis posuerunt.

Clauditor exigua magnus Camerarius una
 Heu quantum patriæ mors rapit atra decus!
 Ast laus clara viri vivitq; volatq; per orbem,
 Vivit mens, alios transvolat atq; polos.

Ibidem jacet præstantiss. Mathemat. Joannes
 Homilius Memmingensis, qui filiam Camera-
 rii in conjugio habuit.

Cuam dedit Herthipolis, præcidit Lipsia vitam,
 Kihano Culvrem quem tegit hic tumulus.
 Lustra tribus junctis annis duodena peregit
 Lipsiaca ædilis munus in urbe gerens.
 AC ILLI gl'anta. o G'obrls fVlt VLclMa Vltæ
 Terra Caplt CorpVs splrltVs astra tenet.

In ære.

Hac qui forte via transis confisise parumper,
Est quod te paucis ista tabella velit.
Stromerus jaces hic clarissimæ arte medendi,
Nec virtute animi nec probitate minor.
Cujus ob egregias doctes, sic gloria crevit,
Ut sit laudatus semper in ore viris.

ALIUD.

Ingenium, virtus, sapientia, gratia, splendor,
urbis honos, aula gloria, fama scholæ.
Cuncta Modestini lugent Pistoris ad urnam,
Lipsia sed cunctis tristior, orba gemit.
Et merito, quoniam jurisconsultior illo
Consule nullus erat, nec magis urbis amans.
Non mors hunc rapuit, terras Aethiæ perosa
Noluit hunc terris longius esse super.
M. D. LXV. An. S. ☽ xv. die Sept.

VOLFG. PEILIKIO CONSULI
PATRI PATRIÆ MERITISS.

Quem fora, templa, scholæ patriæ sensere parentem
Illius hoc tumulo suaviter ossa cubant.
Spiritus at supera coeli regione receptus
Angelicos inter gaudet ovatus choros.
Morit. An. chr. XLVI. ætat. LXXXVI.

43 42
SOPHIÆ PEILIKIN FAMILIA
EBERHAUSIOR. MATR. HONESTISS.

Sola mihi quondam Sophia sapientia Christus
Ut bene congruerent nomen et omen erat:
Nunc æterna meam replet sapientia mentem
Corporis exuvias dum levis urna tenet.
Morit, An. ch. LXIII. Suae ætat. LIII.

Nos rabi dus ~~ost~~st tent sor per
Hos placi (hri) - salu ator te red emit.

Supra scalam facti.

Cuid sibi visa voluit? tu cætriste saluifer orbis
Vera es scala, portum qua superare datur.
Tu coelum terramq; pio conjungis amore
Rursus, dum gemina foedera stirpis habes.
Sis bonus o fauiliq; tuis: & quando petenda est
Patria vera, tuis peruia scala veni:
Tu coelos aperis, tu famitor ætheris altes
Te mixtus fauili tendet in astra gradu. 1590.

Ibidem etiam est æterna memoria dignissimæ Speculum
illud justificationis, a Caspate Melissandro Norimb. S. Th.
Doct. et Aldenburgi Missi. superintend. effigiatum.

In exteriori Schola pariete:

Auspiciis bene Christe tuis Schola surgit amoena
Fac sonet ut laudes tempus in omne tuas.

Sequenti die quo Lipsiam appuleramus, rursus prandio sumto hor. 12
Lippia Naumburgum ^{per nos} discessimus, sequentibus pagis & curiis
visis, nempe Norbranc. Reinst. Micre, Recken. Weissen-
feld, quae urbs muro cincta est, habens arcem in monte ad Principes
Saxoniae spectante: in qua moderni Christiani Principis avus vixisse
perhibetur: ultimo verminus Lipsing, quod habet monasterium,
hic Naumburgum.

NAUMBURGUM Numburg. Numpurg.

civitas est ampla ad Salam fluvium sita, mediocri splendoris,
munditibus non incelebris; quae habet templum cathedralis cum turri
triplici in suburbio ad septentrionem, a Wittkone I. de Moldingior familia
hic biduum subsistimus, tertio die mane conducto curia Franco-
furtum versus tendimus. mane igitur dignis occurrit Almarck
Puppel. Exberg. Rudersdorff ubi & prandimus, postea Keiser
wesen, Püttlytet, Steln. Paulo vero ante occasum solis

THURINGIAE finis calvanibus, occurrit aetibus

ERPHORDIA

+ Hieron

ad fluvium Gerani condita, qui per duobus in locis totam
urbem dividens, omnem pluviam sordis aufert & expurgat;
ad idque molendinis operam suam locat.

circa annum Christi 1347
fundatum.

Urbs ipsa per ampla est, quam duplex murus cingit, suburbium 44
vero simplex cum aggere bene magno. Intra moenia urbis complu-
vium horti & vineae continentur; unde fit ut ambitus murorum in am-
plam exerceat quantitate; & hinc rusticis familiaris est Thuringibus
Erphordia non urbem sed regionem indigitari. Platae amplae & longae.
Consulis hic audiivi quatuor numero sex, ordine annuatum regimine fun-
gentes.

Templum B. Martini est in monte situm, in quo per longos gradus fit
ascensus, habens terras tres cupreo viridi locas; in quarum media
est campana illa farnosa, quae in circumferentia habet triginta pal-
mos cum dimidio, fusa Anno Christi 1497, de qua circumfer-
entia dicitur illud Q. Martini Lutheri. Magnas fatuos majoribus
corpundis delectari. Altitudo turris huius est 225 passuum.
In hoc templo haec in quata tabella legi.

Erhardus mores augmentat res & honores
Huc omni genti pro laude sua venienti
Est pius in coelis intercessorq; fidelis
Coram te Christe stans Erhardus Praeful iste.

Pavimentum huius templi nihil aliud, quam lapidea Canonico-
quorundam monumenta, habet. Hinc vicinum est S. Se-
verini cum triplici etiam turri. Ibi istae vide.

Summus eram Consul, tenui nunc condor arena
Cuiusvis, hoc ibis, non rediturus, iter.

Hoc templa est cathedra-
le, a S. Bonifacio (sive gto
volum) qui circa annum Christi
720 in Germania vocatus est
liber, magnis sumptibus adifi-
ficatum.

est a Diterico II. Brevi
et Welfensi comite con-
secrata,

Utrum templa suos tunc
Canonos, Archiepiscopo
Maguntino subiectos.

Pictura Christi resurgentis.

Ut vivens in te posui spem Christi fidei,
Sic moriens in te mortuus esse volo.

In te quisq. n. moritz pia lumina claudens
Salvum tu facis hunc, & sine fine beas.

In sigdem solus vite author es ille beator
Tu solus Satana victor es atq. Stygis

Tu primu domita redivivus morte triumphas,
Terroresq. adimis, quos facit illa, piis.

Fac igit qui sim praemortu morte sequutus;
Sic surrecturus te quoq. ad astra sequar.

Hic quia Godtschalens Christum fuit ore professus
Mensem habet aeterni curia sancta patris.

Nam bene qui vixit moritz bene tempore iusto,
Caesaresq. notat celsior ipse domos.

Ergo qui transis requie dic ossa quiescant,
Vivat & in gremio spiritus ipse Dei.

Academia habet antiquissimam, cui in hunc dedit annis christi
1392 sub Venceslao, privilegia ad eam confirmanda liberati
tribuens, Bonifacio Nono. Habuit hanc patrum memoria viros
doctissimos Martinu Lutheru. Iustum Jonam. Eobannem
Hessum poetam celeberrimu, & Victorinum Stripelium.

Academia hac fuit
Vincapungo Erfordia
ppr dictum bellum
anno ch. 1398 translata
fuisse

Arce[m] habet extra moenia proxime urbem in vertice montis munita,
rebusq. ita dicebat, ad defensione[m] necessariis apprime instructa,
cui nomen est Q. Cyriaco.

Copiosam huius urbis descriptionem petes a M. Dreßeri Rhetoric.
p. 345.

Julii tertio die, Uncefcense Erphordia[m] coelo bene pluvioso iter in-
gressi, ad horam ejusde diei XII

G O T H A M

aliam Thuringia civitatem salutavimus, quam fluvius Lina
praeservabitur, introducta in urbem a Landgravio Balchafan
Anno 1369, ut videre est in pavese domus cujsta, via qua iter
ad arce[m] quondam in monte civitatem spectante sitam: quam
Augustus Elector Saxonia, qua fuerat in Joannis Frederici Ducis
ditione, obsedit, deditioneq. cepit, quod Anno 1567 quod Gran-
bachium Imperii iudicio proscriptum, recipere atq. fovere visa
fuisset.

et de proscriptis
Supplicium sumisit,

M A D I V M

Hocm[od]o prandio refectos in viam dantes hora 8 vespertina

J S E N A C U M

ingressi, divertimus ad auream stellam. In hac urbe constat Q.
Martinu Lutherum prima[m] melioris literaturae elementa jecisse.
Urbs simplex est cum amplitudine tam artificiosu[m] structura.
In huius templi e regione hospitii publici ad auream stellam, quatuor
pulsas horologii, toties S. Georgius hasta draconem ferre
cernit.

In pariete humilis cuiusdam tecti ista legi:
Exiguus o gnate Dei benedicto tectis
Meq' meoq' tua pro bonitate rege.

Quarto ejusdem mensis die ad prandium in oppidulo

VACH

ipsum posuimus in hospicio cuius inigne est rufus cum unguibus. Xer-
xis Leo: ubi hospita illoto vultu pessimis cibariis obtulit
duplex primum potcebat. Hora vero septima vespertina

FLFELDIA M

oppidulum muratum appulsi, in caupona quae ruber Leo nomi-
nata pernoctavimus. Hic hospes quae non alienus ab humanita-
te & comitate fuerat, Deus illi largiatur multas felicitates.

FULDAM

Hora ^{nona} ~~quarta~~ matutina pertransivimus quinto Julii die, quae
est metropolis illius Germaniae regionis, quae olim Buronia di-
cta fuit: cui nomen dedit Fulda fluvius civitate perlabens.
Urbs cingitur duplici muro, una unica turri, tribus vero in subur-
bio: de cuius pleniore descriptione Munsterum vide. lib. 3. cap. 421.
Vivibus refectis prandioq' summo in oppidulo Neihoff
vidimus fortalium quoddam non magnum sed robore polleus &
splendoris non vulgaris, in cuius fossa per ampla & lata

agua copiosa continetur: ad horam coena pagum obscurum
sive moenium cinchm

SALMINSTER

itineris ingenti fervore lassique ingressi sumus: cuius tu inspectio-
ni curiosus vacarem, ratus vix extrema civitatis Suburbia me atti-
gisse, dum portam peto, extra civitatem pagum, suburbium me pe-
netrasse video. Reversus itaque vix pedem in hospicio nostro fixi,
cum ecce furiosus quidam tanquam alser crabro per famulum irri-
tatus lancea producta, conviciis, sanibus me excipit: & cetero
parum quin etiam lanceam corpori meo alioque intrepido adaperiret.
Hic pagus spectat ad Archiepiscopum Moguntinum, & qui non
longe in castello quodam residet Joannem von Hutten, cui de in-
juria innocenti mihi facta conquestus sum, & dixi: ita suis
filiis peregrinatio fausta felixq' sit, sicut injuria perennan-
tibus illatam avertere satagat

HANOVIA M

Sexto Julii die quing' miliaribus confectis jejuni ad prandium
appulimus, & divertimus ad hospitium corone aureae in urbe
veteri. Nam, quod se sive pervehim, Hanovia veterem & novam
habet urbem: hac vallo & fossa dumtaxat circumdata, arti-
ficiis rubro nigroq' tectis & ab exulibus Francofurti ejectis
nobilis & elegans, typographis celebribus,

31
00
illa vero mediocri splendoris, amplissimo muro, fossa
aquis divite, aggere magno fortissima est; habens quoque ad
Septentrionem arcem bene magnam & elegantem, in cuius fossa
rivas & in civitate est aqua copiosa. Templum habet unum
cum simplici turri. Urbis novae templum nondum erat ad finem
perductum, quod in medio dividit, ut sit duarum nationum templum.
Sequenti die cum sole iter ingressi, Salvi & incolumes

FRANCOFURTUM.

nobilissimum totius Germaniae emporium, ad Moeni fluvium
situm, duobus ab Hanovia saltem mil. pervenit, & divertimus
in hospitio ad Krach btm, quod interpretatur fractum os.
Haec urbs a temporibus antiquis fuit civitas imperialis, & ante
Franconum adventum Helenopolis appellata. Dissiditur in
duas a Moeno fluvio partes, sed eleganti & constantis operis
ponte lapideo cohaeret. Maior Francofurtum; minor Sa-
xonum domus (Sa Emdsauffen) vocatur. In urbe majori est
templum grande cum turri crassa ratisque praefata, a Pipino
Caroli Magni patre constructum, quod hodie ad S. Bartholo-
maeum vocatur; ubi Imperatores Romanorum per septem
Germaniae Principes electores electi, solemniter coronantur.

~~Adm~~

Eodem quo Francofurtum appulimus die, prandio primitus sumto, conductoq, essedo iter Heidelbergam versus ingressi sumus. Egressis Francofurto non longe ab urbe ad laram turris praecalta ad uiam in via constructa uisitur, et circum fossa quae circum ambit totum Francofurtum, nec patiuntur uires fossa illam aut terra compleri aut uepribus alijsq, id genus obducere: in illa turri dies noctosq, numidinaq, maxime tempore excubant. Post hanc, Syluam continuam habuimus per amoena, quam ubi sumus egressi ad dextram, non longe a uia regia sunt duae columbae, cuius interstitium unicus cervi saltus uocatur, unum & octoginta pedes longum. Verum ne ambigas historiola vulgo nota ita habet. Princeps cum forte ueratiom operam daret, canes inseuti ceruum quendam, is ex Sylua in liberiozem ~~campum~~ campus prorumpens, alis metus adjunctus, in uia qua currentu ipsi fuerat, forte curru^m foeni ~~erat~~ offendit, quem propter canu insequentiu furrem declinare cum periculo formidans, insiuit, & in alteram uia regia partem saluit: unde quia in hoc salu terra pedibus non attigit, salus unicus appellatur: in cuius rei memoriam locus columbae lapideis signatus in hodiernu usq, die uidetur. Syluam praedictam excipit pagus Springling haud dubie ab illo cervi saltu sic nuncupatus. Pagus sequens est Langen, tertius Arheiligen quasi omnium sanctorum;

50
Hic ad coronam auream coenauimus & simul noctem transe- 49
gimus, cum quodam Barone, quem & comitem cum duobus famulis Heidelbergam usq, habuimus, de cuius nomine etiam nunc mihi constat, quod diligenter a nobis occultauit. Tertio post Francofurtum miliaris occurrit ciuitas Darmstadt, in qua est orx perelegans Principum Darmstadtensium sedes. Ciuitas ipsa parua, modiciter quoq, munita, nunc incrementum uidetur sumere, de cuius incolis, hoc, quod referam, habes: me cum quinq, aut circiter comitibus instar facinorosi cuiusdam, cum Francofurto illac transirem, fuisse pulsum, praue uehementia pluuiaq, nimis madida, nec permissum ut illic pernoctarem, quamuis crepusculu uespertinu instaret: causa fuerat pestis quae Francofurto grassari ab amiculis circumferebatur. Longius porro loco sabuloso pagus, & inter amoena uimeta Zunigenberg et ciuitas Bencorheim et Heppenheim. Hic in idem ad auream coronam prandiu sumimus, & sic Palatium saluauimus.

PALATIATUS

felici sidere prima iacta sunt fundamenta circa annum Christi CLXXVII. Hinc hunc tractu nomen atq, prerogativa, qua diuina benignitate Serenissimi Heidelbergensium Principes in hunc usq, diem ornant, ut sacrosancta potestate a principe Palatii praefecto, nemo aliis habeat, proximior.

De quo qui plura cupit, consulat qui hæc ex professo tra-
diderunt, mihi ^{propositum} est hodie hoc conscribere.
Post illas civitas est Weinheim, quasi vini domum dicas,
Scholzbach, Handtsbuch. Per hoc Francofurtanum
est amoenum inter mices densas & vinea jucundissima,
Ab Handtsbuch dimidio miliaris ex improvizo Heidel-
bergam & Julii Salvi & Nicolomes appellentes, in hospi-
tio circa pontem urbis ad gradus divertimus, & sequenti
die vix nobis relictis hospitio quaerendo opera dedimus,
cum Petro Felckmanno Transylvano viro doctissimo, &
multarum linguarum cognitione ornatissimo, cujus mortuum
ex phthisi corpus 8 Septembris ejusdem anni honorifice
Heidelbergæ ad S. Petrum terra mandatum est.

HEIDELBERGA.

De origine nominis & compositione varia sunt variorum
conjecturae. Sunt qui scribentem contendunt Edelberg,
quod sonat, nobilem montem, & non Heidelberg, gente monti.
Nonnulli ex duobus integris componunt, Berg = mons et
Heidel = myrtilli, ut si Heidelbergæ quasi myrtillorum
mons. Myrtillos a. vocant baculas illas sive uvulas
nigellas, quas nos vernacula lingua olim pueri feket
epery vocavimus, quarum maxima in hoc monte nascitur

51
copia, et sunt esui aptissima. Naturæ sunt mense Junio, & du-
rant per Julium & quandam Augusti mensis partem.
Hoc comprobant testimonio cujusdam codicis in Bibliotheca Pala-
tina anno MCCC LXVIII scripti. Premius quoque lib. XI.
a nigrorum vacciniarum vel punnorum (Tentonicè Heidelbör).
multitudine appellatam esse adserit.
Hoc confirmat monumentum in marmore publicum ad limpidis-
simum fontem in sublimi arcis platea sahentem, qua itur vetu-
lis ad arcem in parte meridionali seu ad laevam manum. Illic duo
scuta conspiciuntur, quæ a Leone coronato tenentur: in quorum
dextro sunt sculpta Principum Palatinorum & Bojarie Ducum
insignia: in sinistri autem scuti fundamento mons myrtillis
in frutice pendentibus refertus; & super eo stans virgo orna-
tissima, dextera manu gerens fasciculum myrtillorum.
Non pauci Eitelbergam h. merum montem nominant, & Græco
sermone Panormi vel Panoream dicunt.

In descriptione urbis Heidelbergensis, primum arx
electoralis magnifica, urbs ipsa, Academia,
templa, & montes cum adjunctis videntur.

ARX vetus sita fuit in monte alto, qui adiacet monti
Regio, cujus etiam nunc ruinae exstant; quam igne caelesti de-
flagratam esse credunt. At verò moderna occupat
humiliorem montem ad pedem veteris illius supra ipsam urbem
elevatum. In hac est turris ve grandis, ex quadratis la-
pidibus rotunda facta, qua post Bituricensem illam,

grandior nulla esse creditur. Haec à Ludovico Palatino
Philippi 7 condita fertur, in quam per gradus 92
passus habente ascenditur. Fenestras circum circa habet
decem & sex. Murus crassus xxv pedes. In linea dia-
metrali totius turris latitudo constat cxiii pedibus,
capax cl mensarum. Vidi hic 4 colubinas, & 7
Bombardas.

Adjacet huic altera etiam turris, cujus
pars fundamentalis rotunda, in summo angularis, cum
xystro ferro ~~est~~ clatrato. Tertia turris quadrata qua
est ipsa arx porta, cum stemmate Principum Heidelbergensium
lapideo, & eleganti horologio cum quadrantibus nobilibus
Quarta est quoque rotunda, anno 1606 lapillo nigro lecta.
Ultima est rotunda & ultra medium octangularis 152 passuum,
campana magna & duabus minoribus celebris, majoris
diameter est octo pedum. ~~In hac turri~~ cum hac inscriptio-
ne:

Hoc nomen Davis Regibus orta dedit Dorothea
dicor cognomine Palatina Conjugis ut sta-
rent haec monumenta sua. 1550 Im-
perii elector Fridericus me faciebat.
G. S. M. V. O. C. V.

Elegans illud & vere regium aedificium, singulari
aerificio & Symmetria spectandum ad orbem, pulcherrimis
plurimisq; statuis insigne, Ottonem Henricum electorem

fecerunt autorem. In parte illa arx, quae templum Franci. 51
Scavorum spectat, non multo inelegantiora spectantur aedi-
ficia à Friderico Electore huius nominis IVto facta, et
anno 1606 perfecta: quorum fundamentum est ipsum
templum Electorale non illud quidem magnum, elegans tamen:
duae superiores contignationes sunt palatia splendidissima,
quorum exterior superficies Electorum vivis statuis ex lapi-
de excisis paulo post condecorabitur.

In thesaurario Principis in principio & fine & medio qui-
natium sunt argentei canthari sive Scyphi, à summo ad imum
duobus ordinibus, et pocula mira arte efficta, in quorum sum-
mitate horologia habentur. Leones mira magnitudinis duo
sunt cum pomo electorali. In ingressu ad laevum latus
sunt vasa aurea, bubones aliquot, unus camelus, totidem
elephanti, cuius dorso armati insident. Paradysi hortus
cum primis parentibus & pomariis horti ex puto auro omnia.
Ensis electoralis ibide elegantissimus, ex auro aut argento va-
gina facta. Duae Anglicanae mulieres Scaphin super ca-
pita portantes. Aliquot lignea pocula et cochleari ibide
~~cupiet~~ quorum circuitus auro ornati. Tres ex rubra argil-
la patinas. Ad dextrum vero latus habentur orbiculi &
~~patinae~~ patinae argenteae

Cella electoralis habet ingens vas integrum turrim solum
occupans: quod habet 24 circulos, longum 32 pedes, la-
tum 19 pedes. Scala in per quas ad orificium ascendit
22 pedes longa sunt. Hoc vas capit 180 vimi plaustra

omas 3. mens. 4. Plaustrum constituent omnia decem; omnia 80 mens. 48.
Capit ergo timas Ungaricas per 50 justas computandas Tim. 3461 et pintas
23: hoc est vasa vimi Gönési fel' vocata 692. Tim. 1. pintas, 23.

URBIS recentior origo videtur, et omnino verifimile est,
sicut montes ubi imminentes insigni quanta opportunitate
castellis & propugnaculis occasionem Romanis dederunt:
quae demum illis profugatis sub Francico regno Comites
& Reguli occuparunt, suorum arbitrio reformarunt, & qua-
drata rotundis (ut fieri solet) commutarunt, & paulatim
amplificarunt: ita in pede montis adhaerentibus paulatim
domunculis, castro superiori servientibus molendinisq; positis,
observatum fluminis ea parte trajectum facillimum & comodissimum
oppido tanto condendo occasionem apud illos Regulos suppe-
ditasse.

In tempore Henrici ultimi Palatini filiam Agnere Octo Lu-
dovici F. Bavaricus uxorem duxit, Heidelbergam ei do-
talem factam Anno 1241 Amaltes testantur.

Constat quoque ex literis Henrici Vormatiensis Episcopi ar-
cem Heidelbergensem nomine & subiectum oppidum muro
cinctum & portis clausum habuisse Anno Domini 1225.

Anno 1392 a Ruperto Seniore Palatino urbs, quae angu-
sto admodum corpore eo aere fuerat, nec promota aut subur-
bia magna habuerat, ita amplificata est, ut proxime adja-
centem villam Bergeheim, quae paulo inferius ad sinistra
Niri ripam, jam inde a Carolinis temporibus exstabat, cum
suburbio (hodie Spirense vocamus, quod ea exeat Spiram)
conjungeret, et novam eam civitatem appellaret.

Haec pars urbis a Frederico IV Electore anno 1602

muro cingi cepit, et ad annum praesentem 1606 ad
hortum usque Electoralem continuavit. Sed audiamus
ipsam urbem de se loquentem:

Heidelbergam vocor. Myrtili vescula dona,
Monte sub herboso mihi tribuere notam.

Virgo manu baccas gestans, insigne decorum,
Testis ad excelsos stat veneranda tubos.

Vindicat id vates Frederici, victor in hostes
Strenua pugnavi qui tulit onnamam.

Vindicat id praetor. vexilli curia custos,

In quo Nympha jugi myrta mala premit.

Civis id evincit. quoniam crebra in colle propinquo
Crescit myrteolis herba virens foliis.

Equis me Parozim, quis nominet Edelbergam
Vanus? Edelbergam qui vocet, errat item.

Sunt quibus ex hoc die hoc nomen adeptum vel entheri
Differar: at falsum est nomen ex illud & hoc.

Montem ego myrtilium sacro perenne. facessat
Nominis ignarus quae sit origo mei.

Multi multa novant. vera est, antiqua Lenatum
Cuius loca sunt proprie testificata, fide.

Julius Caesar Scaliger de eadem

Nobis imperio Franconia dextra potenti
Belligero nulli Marte secunda viget.

Cum viis ab se pepulit vectigal Alanis,
Libera Germani nomine Franca fuit.

Nec contenta suis angusta finibus (illi
Quae pars virtuti terza futura foret?)

Egreditur superat. Germani o peccus honoris!

Victoris victos nomina ferre sat est.

Non aliunde venis: Francus ve est Hectoris ullus.

Quid petis à victo stemmata? tota tua es.

Urbs praeterquam quod arte munita est, obiter solum muro
circumdata. Ad ipsam portam urbis Spirensis est e-
quile Electoralis magnificum & amplum: in quo in praesen-
tia Maximiliani Archiducis equum humilem vidi impera-
ta agasum Magis In facientem: nunc n. tulum in cedebat
nunc salta bat, nunc cur rebat, & in terram se proolvebat
tongnam mox moiturus: ^{ot} equis oculo clauso quod creta
in pariete
numeri & a quo notati fuerant vels amoto ~~di~~ indica-
bat; quod non se talei aut duobus ostensis gestulatione
pedis quot bacenos valeret significabat: ~~xxx~~ porrectis ei
chirolegis & sponso offerre iussis Frederico Reingra-
vis sponso porrexit, nec primis, quā is accepit, discessit.

54
Aedificia vulgaria habet & maximam partem lignea. Unica ⁵³
in foro veteri ~~pro~~ sita domus ex lapidibus fabricata tota
urbi coronae instar visitur. Multos habet fontes salientes,
quorū omnium primas sibi Petrus vendicat ob saporem & fri-
giditatem.

Habet officinas librarias tres, pharmacopolia duo, toti-
dem typographos, compactores librorum quatuor.

Forum majus angustum quadratum

Curia habet stemma electorum Palatinorum cū hac epigrapha

Qui consilium dat praestare fidem
non eventum debet.

ACADEMIAM totā Germaniā principem, nunquam satis lau-
dando instituto conditam, erectam & dotatam esse narrant Ru-
pertum Seniore Anno Christiano 1346, cuius primus Re-
tor fuit Marcellus de Jagen Parrisiensis, Anno 1387 die
17 Novembris creatus: quem quidam de Cracovia vocant, qui-
dam sepius adhuc Marcellum Patavinum cum illo confundunt, cu-
jus quidem operum archetypa & autographa bonam partem etiam-
num in Academia bibliotheca asservantur.

Hujus professores quadrienni tempore, quo studiorum meorum
telam hic texere Deo visum fuerat, in Theologica quidem
facultate fuerunt, David Pareus Silesius, Cuiusius Ren-
tenus Mosbachensis Palatinus, Bartholomaeus Copen-
Rosochiensis.

Jureconfulti Dionysius Gothopedus Parrhisiensis,
Philippus Hoffman Friburgensis, Daniel Nebel
Bernburgensis Anhaltinus, Joannes Calvius Veteranus,
Medici Ludovicus Gravins, Henricus Smetius Antuer-
piensis, Lubbertus Estius Argentiniensis, cui anno sua
aetatis 37, professionis 8vo, Christi 1606 20 Aprilis fa-
cto funeto Jodocus Lucius Heidelbergensis successit.
Historicus Clarissimus Janus Gruterus amicissimus meus.
Philosophi, Physices Theophilus Naderus medicina Do-
ctor, cui anno 1604 28 Januarii mortuo Wolphgan-
gus Lossius med. D. substitutus est. Graeca lingua Hemili-
gorus Cretensis. Logices Jacobus Christmannus; Orato-
ria & Poeses Simo Stenius Lomacensis. Ethices & Po-
litices Remerus Baccovius juris utriusq; doctor. Lingua
Hebraea M. Balsazarus Baumbach Neostadio Pala-
tinus: Mathematicum Simon Petiscus medicina doctor.

Theologium auditorium hanc inscriptionem habet

Hieronymus ad Paulin.

Discamus ea in terris quorum scientia perseveret in coelis.
In ipso auditorio Duo Principes in pariete eleganter de-
picti videntur manibus conjunctis & ad coelum tensis.
In tabella vero infra illos locata characteribus suis cis
haec leguntur:

Illustrissimorum Principum, Equitum auratorum,

Rudolphi ac Ludovici Comitum Palatinorum, 54
Bavariae Ducum, ac S. Rom. Imperii Archi-
dapiferorum & Electorum lamentabilia de-
posita, altare quod cernis recondita tenet,
Lubrica sors rarum favorem brevitate gloriae
ac vitre compensavit. & hunc tamen ex tan-
tis fortunis rudem, etsi sanctum, tumulum
concessit. Quorum prior tota patria illa-
chrymante acerbo funere raptus est anno
Domini 1294. die 2. Februarii. Alter anno
1319 die xi. Augusti

Nihil invidemus remanentibus quos
mundi hujus pugna manet nobis quies
parata. Et tu quisquis haec legeris, &
tibi moriendum esse memento.

Auditoria reliqua Juridicum, medicum, philosophicum
in quo solemnes actus peraguntur nihil inscriptionis habent,
praeter quam quod huic philosophico Doctoris Gravii dili-
gentia publicus academiae carcer adjunctus est, quem vulgo
Collegium Gravianum joculariter appellant.

Coenobia in una Heidelbergae tua extitisse feruntur, olim
dioecesi Normacensi subdita.

Augustinorum unum, quod nunc nomine mutato Sapien-
tia vocant; ex quo D. Mart. Lutherus, Carolostadius,
Munsterus, Melanthon, & alia non pauca praestantissima
Ecclia reformata lumina, velut ex equo Troiano emerse-
runt. At vero illud à monachis desertum Fredericus
Comes Palatinus in Scholam Sapientiae, pro suis alumnis
studio maxime Theologico deditis crexit, & assensu Pon-
tificis confirmavit. Hoc situm est juxta moenia ante
quingentos et triginta annos si Jrenico lib. 3. exeges.
German. cap. 15 scribenti credendum sit, quod primitus
Beata virgo in solitudine vocatum est.

Alterum est Franciscanorum, quod nunc in Paradisium
conversum, partim alumnis Electoralibus, partim dome-
sticis civium filiis frequens est.

Est & Dionysianum in area Theologici Collegii, nunc
Casimirianum vocatum, cum hac inscriptione

CONSTANTER ET SINCERE
IN QUA VO LABORI ET SOLERTIAE
D. D.

Collegium hocce Casimirianum, religionis
orthodoxae, doctrinae exquisitae, fa-
cundiae singularis artiumq;
liberalium
fontem & seminarium,

55 56
posteris principibus emulationis
suiq; studii in Academicos, munificentiae
in Studiosos auctarii conlatis in
egenos testimonium,
ad aeternitatem Palatini nominis & firm-
damento
exstrui fecit, absolvitq; Princeps providentissimus,
eruditorumq; amantissimus
JOHANNES CASIMIRVS
Palatinus ad Rhenum Comes, Dux Bojorum,
FRIDERICI IV.
tutor ac Reip. administrator
Anno Christi MDLXCI.

Est & Schola puerorum pauperum corpora defunctorum
cantu ad sepulturam prosequentium ad pontem urbis
ad Neccarum; unde nomen Scholae Neccariae sortita.
Schola ista est.

Templum summum est Spiritui Sancto sacrum, à Ruperto
Comite Palatino ad Rhenum; una cum Canonicorum collegio constructum.
Qui posteaquam Venustus ignavus & luxuriosus Rex impe-
riu ab Electoribus abdicatus est, anno MCCCC successus
est in locum Imperatoris.

Anno 1410
& segg
x & Ludovico T.

In hoc templo lingua populari sacrum peractum est, anno 1546.

Turris hujus templi partim quadrata ~~100~~ supra umbilicum, partim octoangularis, colore rufo, alta 263 passus. Campana grandioris interior circumferentia ad ipsum pistilli i-ctum est spirituum XIX; habet parte ab una spirituum S. in specie columbae, ab altera parte S. Andream cum cruce: fusa est anno M.D.

Bibliotheca electoralis templi partem superiorem occupat, in qua librorum manuscriptorum tanta copia asservatur, quantum vix posse reperiri crederes.

Vetustissimus omnium creditur Vergilius manuscriptus ex his majoribus: item Biblia Hebraica cum primitis, quorum vel compactio ipsissimam antiquitatem redolet

Opus Ciceroniam primitus typis exscriptum, in calce sic habet.

Præsens Marci Tullii Clariss. opus Joannes Fust Moguntinus civis, non a tramento plumali canna neq. aërea, sed arte quanta perspicua, Petri manu patris mei feliciter effeci. Finitum Anno M CCCC LXV.

Plinius vero excusus typo longe elegantiore in CCCC LXVIII. Omnes isti sunt in mundissimo pergamento.

Videntur præterea illic libri Arabici, Vandali, & omnium fere linguarum, una cum libello quodam in cortice duos digitos lato & palmum bene magnum longo

Vidi multa volumina Pelbarti de Themesvar professoris divi ordinis Sancti Francisci, anno 1501 exensa.

Hidem in quatuor tabella.

Huldricus Raymundi F. Fuggerus natus Augusta Vindelicorum xx April. CIO IO LXXIII. Sepulchrum epitaphiumq. visitur hic in templo Sp. Sancti. Legavit Palatinum electorali insignem bibliothecam, XV aureorum Rhenensium millia sustentandis quinque Studiosis.

Est illic præterea liber grandis in folio ex Gallico a quodam Principe Germanus factus, et manu propria descriptus.

Est præterea bibliotheca in musæum libris in auro compactis referatissimum, cum hac inscriptione:

JOHAN. CASIMIRUS PRINCEPS PALATINVS DVX BOIORVM, FRIDERICI IV. TVTOR RERVMQ. ADMINISTRATOR MELISSO A BIBLIOTHECA FIERI FECIT ANNO CHRISTI NATI. 1587

In formice templi supra monumentum Ruperti Palatini
Rupertus Romanorum Rex hujus chori &
collegii fundator, cum Elizabeth Regina
Romanorum.

et regione.

Ludovicus comes Palatinus Regis filius hujus
collegii confirmator. Domina Planchia fi-
lia Regis Angliae uxorejus.

Haec omnia illic videntur cum vivis eorum effigiibus.

Pars interior templi ortum versus habet sepulchras Principum
electorum, cum ~~videt~~ eorum statuis ad vivum et sculptis.

In monumentis lapidei vivunt.

Rupertus Bavariae Dux Comes Rhemi Palati-
nis, Romanorum Rex, iustus pacis & religio-
nis amator, dignus Deo visus, qui pro iustitia
pateretur, hujus sacrae aedis & collegii institutor,
hic cum castissima conjugē Elizabetha Norici
montis Burgravina quiescit, vita functus anno
Christi M cccc x. Calend Junii xv.

In interioribus cancellis est monumentum Othonis Henzici
ex albo & nigro marmore aut certe alabastris splendi-
dissimum & sumtuosissimum, cum his sculpturis:

Discipuli Emmae profecti, undecim Christi discipuli cum Thoma.
Lazarus resuscitatus: Jonas nudus in mare praecipitatus.
Christi Domini resurrectio; Sessio Angeli in monumento vacuo
Apparitio Christi Mariae in horto facta. Duo catelli sese mordentes.
Quae sculpturas sine diligenti inspectione nemo praeterire potest.
Item:

Illustissimo Principi ac Domino, Domino Friderico secun-
do, Comiti Palatino Rhemi, Duci Bavariae, Sacri
Romani Imperii Archidapifero, Principi Electori,
qui obiit Alzeae Anno 1556. 26 Febr. aetatis 74.
Hicdem

Haec duo invicem
sibi in monu-
mento corre-
spondent.

Serenissima Heronda, reginae stripe progenera, Domina
Dorothea Palatina Rhemi, Duci Bavariae, Re-
gno Danicae, Sueciae ac Norvegiae Principi
ac haerediti: &c. Electoris contorali dilectissima,
qua obiit &c.

Fridericus tertius, Dei gratia Comes Palatinus
Rhemi, Sacri Romani Imperii Archidapifer,
ac Princeps Elector, Dux Bavariae, &c, agna-
tis & consanguineis charissimis optimeque
meritis, hoc monumentum gratitudinis ergo
posuit, Anno 1562.

Ludovicus Elector, Friderici IV. parens una cum matre in
pariete ex candido marmore, sine inscriptione, sculptus
locatus est.

E regione

Joan. Casimiro Frid. III. elect. F. Comiti Palatino ad
Rhenum, Duci Bavariae, Proseptomiro, qui sibi vi-
xit nunquam, Reip. Christ. Semper quam domi mili-
tiaq. strenue jovit atq. ornavit, religione orthodoxa,
Scholisq. bonarum artium instauratis, Gallia & Belgi-
ca a gravissimis periculis vindicata, curaq. perpe-
tua in hoc vigilavit, ut concors patria a vi fraudesq.
externa tutior stabili quiete cum dignitate frue-
retur, omni deniq. officio Principis laudatiss. con-
stanter & sincere perfunctus, auctoritatis suae et
virtutis summae humanitatiq. conjunctae, triste
desiderium bonis reliquit omnibus. Frid. IV.
elector. Patris tutoriq. de se optime merito P.
obit post. nonas Januarii 1592, aetatis
anno 48, mense X.

Ad dextram in vicinio.

DIVO

FRIDERICO III. SAC. ROM. IMP.
PRINCIPIS SEPTENV. ARCHIDAE. COM. PAL.
ad Rhen. Bav. Duci modis omnibus, sanguine familia,
majestate vultus, dignitate auctoritate virtute, pietate,
rebus pro patria, pro Ecclia, pro Chro praecclare & feliciter
gestis: eiq. magno nominis, & egregiae famae per totam
Europam, atque adeo per totum orbem Christianum celebri-
tate vere ILLUSTRISSIMO: viro sanctissimo, huma-
nissimo PRINCIPI, Heroi fortissimo, Patri patriae,
piorum parenti, peregrinorum hospiti, fidelium pauperum
nutritio, Christianaq. Eccliae protectori, instauratori:
orthodoxae doctrinae propugnatori constantissimo, haere-
ticae autem hosti capitalissimo: literatorum omnium, atq.
imprimis piorum doctozum mæcenati amantissimo: GLO-
RIAE ad summum Germaniae, & AMORI MUNDI, CHRI-
STUM amantis. Qui pro Christo nec sibi, nec suis bonis,
fortunis, liberis peperit. Qui post multos pro vera re-
ligione exanclatos labores, multas & multorum devotas
injurias: qui demique postquam Charissimum Filium JOAN-
NEM CASIMIRUM, PRINCIPEM fortissimum, ac
prudensimum, paternaeq. pietatis studiosissimum se eta-
torem, Defensorem indefessum, e GALLIIS cum inco-
lumi exercitu, pace piis Ecclesiis impetrata, secundo
reversum summo cum animi gaudio, publicaq. gratula-
tione complexus XXV. Augusti excepisset:

resq̄ paulo post in BELGIO optimo loco esse,
atque ad christianam pacem spectare intellexisset,
magna per fusus lætitia, ad coelum converso, dixit.
NUNC DIMITTIS SERVUM TUUM DOMINE (ô
verum Domini servum!) SECUNDUM VERBUM TUUM
IN PACE: AC non ita multo post, superatis jam hostibus
omnibus, oculis vero in unum IESUM CHRISTUM inten-
tis, in eo, annum tum agens LXXII. quietissime obdor-
mivit XXVI OCTOBris, sub horam quartam pomeri-
dianam, Anni M. D. LXXVI.

H. ZANCHIUS: quod habuit suæ suum in
DOMINUM, optimè de se meritum, semperq̄ clementissi-
mum PRINCIPEM observantia pietatis monumentum,
hoc annu luctu posuit et lacrymis Novemb. X. ejusde
anni.

PRECATUR AUTEM

Domino cum primis LUDOVICO Primogenito, tam
magno PRINCIPIS filio, NOVO ELECTORI,
PRINCIPIS ILLUSTRISSIMO, DOMINO suo
clementissimo, eandem, quam & optimus PARENS
accepit à Christo, gratiam, pacem, & felicitatem
Sempiternam.

Idem ex ore.

Germania merito lugeat funus Illustriss. Domini
LUDOVICI COMITIS PALATINI RHENI,

Ducis Bavaria, Sacri Rom. Imp. Archidapiferi, Princi-
pis Electoris, qui propter multas discordias tumultusq̄
per se summa cum prudentia tum sumtu sedatos PA-
CIFICI nomen meruit. Obiit. XVI Martii, Anno
D. 1544, ætat. 66. cui Deus misereatur in æternum

In ipso templo.

FRIDERICUS BAVARIÆ DUX, Comes Rheni
Palatinus. S. R. I. Elector, salus patriæ, prædomi-
num fulmen, tres illustres hostes vicit, principatum au-
xit, & pie è vivis excessit. Anno Christi 1476.
 prid. Decembr. Fuit ejus vitæ sociâ virtus, gloria
mortis comes.

*In FridERICI Victo-
rii Sarcoptago
hoc elogium inscri-
ptum fuit.*

Anno Domini M. CCC. LXXIV. ipso die Galli
obiit venerabilis et Nobilis Dominus Fridericus,
Illustrissimi Principis & Domini D. FridERICI Comitis
Palatini Rheni, Ducis Bavaria, S. R. Imperii
Archidapiferi, ac Principis Electoris filius
legitimus, Ecclesiarumq̄ Vormaciensis & Spiren-
sis Canonicus, cuius animus requiescat in pace.

*In interiore templi parte juxta elect. monumenta
hæc prætermiseram:*

Est in pavimento templi monumentum lapideum
parvum cum hac inscriptione:

Iste Palatina prognatus stirpe puellus
Ipso sub partu vitam cum funere solvit
In Christo dormit vita fruiturq; beata.

J. C. P. R. D. B. C. V. E. S. M. F. D. F. C. M. D.
O. M. S.

Ante mensam distributioni & sumptioni Eucharistiae deputata
aerem monumentum Philippi Comitis Palatini ad Rhenum
Anno 1548. vi Julii mortui: qui anno 1529 in obsidione
Viennensi in acerrimas dimicationes, atq; in crudelissimorum
hostium impetus sese pro patria objecit, Solymannumq; vicies
urbem oppugnantem repressit, tandemq; solvere obsidionem
coegit. Lapidea ejus imago parieti affixa hanc epigraphen
habet:

Cetera qui circum lustras monumenta viator.
Haec quoq; non longa est, perlege pauca, mora.
Si Ducis audita est forsam tibi fama Philippi,
Clara Palatinae quem tūlit aula domus.
Qui modo Pannoniam defendit ab hoste Viennam,
Et solvit tepidos obsidione viros:
Tunc anni Thraicū vastarent omnia Turca,
Et tremarent subito Nozica regna metu.

60 61
Mox etiam implevit magnum virtutibus orbem,
Utilis hinc armis, utilis inde toga.

Illius hac tegit corpus venerabile terra,
Hic animam, hic vitam reddidit ille Deo

Quod se si pietas, si quid movet incluta virtus,
Junctaq; cum summa nobilitate fides:

Huius opta ut cineres placida cum pace quiescant,
Conditae nec tellus durior ossa premat.

Nam pius ad caeli sublatus spiritus arces,
Cum Christo vivit tempus in omne suo.

Decessit iv. non. Julii, Anno Domini M. D.
XLVIII. Aetatis suae XLIII. cuius P. F.
memoria Otto - Henricus Comes Palati-
nus frater amantissimus, M. H. F. C.
An. Domini M. D. L.

Illustissimo Principi ac Domino Domino Wolfgango Comiti
Palatino Rhemi, Duci Bavariae, &c. Philippi Electoris fi-
lio, inter eos qui ad justam aetatem pervenerunt natu mi-
nimo, Principi bonitate ingenii, honesta frugalitate, avi-
tisq; moribus servandis praestanti, et sorte sua mediocri
per omnem vitam contento, Illustriss. Princeps Frid. III. Ele-
ctor hoc monumentum consanguineo charissimo fieri curavit.

Natus est anno M. lvc. xciv. ult. octob.
exemptus rebus humanis 2. April. Anno M. D. LVIII.

EXULUM SUSCEPTORI

S.

HULDRICO FUGGERO

Raimundi F. Georg. N. Jacobi pron. Kirchbergæ
& Weissenhorni Domini,

Cui in Pauli III. P. R. cubiculo veritatis lumen ex
familia primus & solus agnovit: vi-

tamq³ privatam
ampliss. dignitatib. anteferre
didicit.

Dum veterum scriptis liberali sumptu comparandis &
evulgandis intentus a patrimonii admin. pro-
fusionis prætextu dejicitur:

Apud Fridericum III. Electorem Palat. fortunam
constantia & æquanim. superavit.

Suis interea restitutus, fraternis quin etiam bonis au-
ctior, eundem in re laeta, quem in afflictâ vul-
tum animumq³ retinuit.

Annua pauperibus quingenta legavit: sex liter. studio-
sis stipendia constituit.

Bibliothecam pⁱ exsilii unicam comitem, Pala-
tinatui moriens donavit.

CID ID XXCIV.

obiit xviii. Kal. Julii,

ætatis LXX.

hæredes & legatarii gratæ memoriæ

ergo

consanguineo et hospiti D. M.

hocce mon. P.

Templum secundum est etiam in urbe e regione castri Electro-
ralis, in quo Fridericus Comes Palatinus cum filio notho, in
peculiaris quædam capella requiescit. Anno. 1476. in festo
S. Lucia. Et inter cæteros nō longe Germanorum decus
RODOLPHUS AGRICOLA cum huiusmodi inscriptione
ubat.

Invida clauserunt hoc marmore fata Rodolphum
Agricolam, Frisii spernq³ decusq³ soli.

Scilicet hoc uno meruit Germania, laudis

Quicquid habet Latium, Græcia quicquid habet.

Tertium templum extra urbem in suburbio ad pedem Caprim-
ontis est D. Petro dedicatum: in quo plurima clarissi-
morum virorum leguntur encomia funebria.

In primario ejusdem templi choro.

EXERCITIUM DUCTORI
S.

PETRUS BEUTRICHIUS
MONBELGARDENSIS

Cum gentis suae hon. feminitatem virt. et erud.
fama illustrasset:

Prud. & integritatis Laudem ex variis lega-
tionibus retulisset:

Francor. Regem liberar voces ferre ac
perferre docuisset:

Helvetium militem industriè con-
scripsisset:

Gallorum cohortem per hostes infestos

Bonnam perduxisset:

aperitis occultisq; inimicorum ma-
chinis invictus,

Sub ipsa Navarrea expedit.
contra

Impiae conjurationis Tyrannos susceptae
initia

a Ter max. Imp. lectus emigravit.

CIO IO XXCVIII

prid. eid. Febr. aetat. an. XLII.

JOANNES CASIMIRUS C. ET
ADMIN. PAL. BAVARIAE

62. 63
DUX
Consiliario, Legato, Tribunusq;
meritis. P.

ALIUD.

Certus sanguine nobili Camoenas
Wamboltus coluit, Themming diam
Bello & pace, fœdala atq; Galla tellus
Novit, consilio intimo & cubiculo
Palatina vizum additum vidit.
At cursu in medio invidens horarum
Parca sustulit, heu perelegans flos
Tam cito' occubet elegantis ævo

Johanni Theodorico Wambolto ab Umbstadio. v.
nobiliss. Consiliario Archipal. Ill. Principis Joh.
Casimiri cubiculario & antecubulom; Anno
CIO IO LVI. Die 22. Septem. Vemhent,
nato, die vero 18 Febr. antiqui anno

CIO IO LXXXIX

Heidelbergæ vita functo,
Philippus, Eberhardus, Wolfgangus, Sui-
gharons & Johannes Wambolti ab Um-
bstadio fratres superstites, fra-
tri chariss. posuerunt.

00
EPITAPHIUM GEORGI SOHN
THEOLOGICÆ DOCTORIS AC PROFESSORIS
IN ACADEMIA HEIDELBERGENSI, ET IN
ELECTORALI PALATINATU CONSILIARII
ECCLESIASTICI.

Georgius cu bat sepulchro hoc Sohnus,
Vir doctus, integer, modestus & pius,
Constantisq; veritatis assertor Scholisq;
In inclytis Marpurgiana & altera
Nostra hac Deo Musisq; grata, Liberum
Senum pater, tum nasciturii Posthumi.
Quanto dolore conjugis moestissima
Lapis sit iste postus illa noverit,
Partem ante quæ patrem maritum amiserit
In copia tenellulæ prohis pari.

Obiit anno 1589 mense Aprilis die 23. Anno ætatis, 39.

Agnosce ô viator
vitam tot casibus expositam
mortem nusquam non obviam
SIGISMUNDUS A SCKOPP
Caroli à Schopp in Grosheimtzendorf
et Helenæ Stosschim in Gurstschimaw F.
equestri apud silesios loco natus
nec minus nobili indole præditus
animi excolendi ergo peregrinatione suscepta

63 64
gratum illud nobilitati Silesiaca & Polonica
hospitium Heidelbergam visens
nihil equidem minus dum veretur
noctu in platea jactu lapidis
qui proterva manu fugezat
caput graviter ganciās

quando ita visum vitæ mortisq; arbitro
qui horas nostras numeratas habet
creatori & servatori suo
animam placidè reddidit
xxvii Septembris
C10 10 CV.

Ante Academia sacellum, in monumento
lapideo ad pavimento.

~~Anno Domini~~ Anno Domini 1396 die Sancti Bern-
hardi xx Augusti obiit venerabilis vir magister
Marsilius de Inghevi sacra Theologie professor
eximius.

In capella ipsa ad dextram in ingressu
epitaphia hoc ordine sequuntur.

Memoria Jacobi Kemdonii Kempii, raræ doctri-
 næ rarioris vitæ rarissimi exempli, Theologi,
 professoris, consiliarii, libb. superst. moer. poss.
 obiit Heidelb. 26. Novemb. 1596 intra annū ætat.
 42 orbatus paulo ante contra votum sui nominis
 filio annorum quasi 17, sed heu supra ætate, su-
 pra fidem, supra sæculum, pio, modesto, erudito,
 plane quasi uterque firmaret, dictam illud vetus,
 quem Deus diligit moritur juvenis. A facie malitia
 collectus est justus.

æ regione ad lavam.

DANIELI TOSSANO PETRI FILIO MON-
 belgardensi S. Theologiae Doctore & fidei
 Christi seruo, veritatisq; coelestis explicatori &
 professori industrio, acrisq; ejusdem propugnatori,
 tum Aureliae in Galliis, tum in Palatinatu Ger-
 maniae ad Rhenum, partim Neostadii, partim Hei-
 delbergæ per annos ferme XL, viro pietate studio
 orthodoxæ religionis eloquentia, judicii dextera-
 te, vitæ integritate, humanitate, benignitate er-
 ga omnes, imprimis erga fidei consortes præcellenti,
 piè & sanctè in vera Dei invocatione, & Christia-
 na fidei confessione, post fructuose exantlatos

honestissima functionis labores, mortuo 4
 Idus Januarii anno Christi 1602, cum vixisset
 annos 60 menses v, dies 26, filii et generi super-
 stites hoc monumentum ponendum curarunt.

Epigramma epitaphii.

Hic athleta jacet non qualis in Aelide quondam
 Notus, vel Nemea notus in Arcadia:
 Sed qualem genuit nobis celeberrima Tarsus
 Eloquio clarum servitioq; Dei.
 Qui simul in teris pulchros absolvit agonas
 Pro verâ expertus prælia multa fide:
 Victorovms coeli penetravit ad interna regna
 Tempore captus serra reposita suo.

HIERONYMI hic sunt condita ossa JANICHII
 Itali exulantis Christi amore a patria,
 Qui Theologus quannus fuerit & Philosophus
 Testantur hoc libri editi ab eo plurimi
 Testantur hoc quos voce docuit in scholis,
 Eniq; audire eum docentem ecclesias.
 Nunc ergo quamvis hinc migravit a nobis
 Claro tamen nobis remansit nomine.

Decessit . 1590 . 19 Novembris.

D. O. S.

TRIDRICI haec tegit urna VIDEBRAMI
Doctus pia membra; quem nariscis
Pescium genuit. Sata Albidosq;
Lycaea excoluere, & audire
Ad magnum Lyricam magistrum in arte,
Cumctis Oenotricae emulum Poetis,
Hoc sacra quoq; praesulem cathedrae
Insignem pietate; sed profectum
Constanter meliora trux Erinnyis
Discordes quatiens faces ubiq;
Inclusit neopyrgiis catastis,
Excepit Delium exulem triemi
Fractum carcere; quinq; vix & annis
Cum lustris tribus ac novem peractis
Haidelberga benigniore fato
Gratis occuluit solutam a reus
Sic manes pietas polo beatos
Indiditq; perenne nomen aevi.
At tu quisquis ades, memor fugaces
Anni quam volitent, vicesq; nostri
Quam circum instabiles rotentur aevi
Sic vivas pius & mori memento.
Ac dum vivifico tuba fragore
Surgant exata die, cubent benigne
Tridrii pia membra Videbrum.

Elizabetha Videbrami uxor marito
caus. pii desiderii ergo P. C.

66
GVLIELMVS XYLANDER AVGV.
Stamus alloquitur uxorem.

Quo saxum stans hoc nobis fidissima conjunx.
Quo mea defuncti versibus ossa notas.
Aeterna ipse mihi vivus monumenta paravi,
Praeveniens fati fila secunda mei.
Sed tua te, video, pietas non ficta, fidesq;
Exstruere hoc nobis certa coegit opus
En quò progreditur? Superat mala tempora fati,
Scilicet & verus funera nescit amor.

Obiit 2 Febr. ann. M. D. LXXVI.
Anno aetatis XLVI.

ALIUD alibi.

Vitam Belgia Uranx genus Duacum
Artes Aonias dedere, leges
Haidelberga mihi dedit: necemve;
Vitam restituit Deus perennem.

Caroli Uranx von Endorff. 1586

In coemeterio ejusdem templi.
EPITAPHIUM LECTISS. FEMINÆ
MARJÆ COVETÆ PARISIENSIS,
coniugi D. Danielis Tossani, positum
à familia cum lacrymis.

Si virtus dire posset fera spicula mortis
effugere, & moestas funeris exsequias;

Musica si dulcis, morum si mira venustas,
Et pietas castæ juncta pudicitia:

Non hinc tu mater tumulo contacta fuisses,
Conjuge deserto, pignoribusq; tuis.

Sed quum te morum vitæq; exemplar haberent,
Exemplar sanctæ nunc quoq; mortis habent.

Obiit anno C 1587. Martii 28.
æt. 43. Vixit cum marito 22. an.

DEO IMM. S.

Et virtuti ac memoriæ OLYMPIÆ MORATÆ Ful-
vii Morati Mantuani, viri doctiss. filia, Andrea
Grumthlezi Medici conjugis lectissimæ: foeminae,
cujus ingenium, ac singularis utriusq; linguae cog-
nitio, in moribus autem probitas, summumq; pietatis
studium, supra communem modum semper

existimata sunt. Quod de ejus vita hominum ju-
dicium, beata mors, sanctissime ac pacatissime
ab ea obita, diuino quoq; confirmavit testimonio.
Obiit mutato solo à salute DLV supra millesimū,
sua ætatis xxix. hic cum marito, & Aemilia fra-
tre sepulta. Gulielmus Rascalonius M.D.B.B.M.P.T.

IBIDEM.

D.O.M. TRINO ET UNI S.

ANDRÆ GRUMTHLERO SVEVIFORDIANO,
magnæ peritæ viro, Medico & Philosopho, qui simulat-
que schola, in qua vix dum ab exilio profiteri artem
coeperat, pestis metu hic dissiparetur, solvi à corpore
exoptavit, proque voto solutus est, non tædio solo amissæ
incomparabilis exempli sociæ, ac conjugis Minervæ
sua: Erat. n. in omni fortuna homo modestissimus;
sed ut ex densa hac rerum cælestium ignoratione in
lucem traductus, aberrationibus Deum non amplius
offenderet: hic in spem resurrectionis quiescenti, soda-
lis sodali, medicus medico, Gulielmus Rascalonius posuit.

IBID.

HIC QUIESCIT CORPUS CLARISSIMI ET DOCTIS-
SIMI VIRI DE ECCLESIA ET LITERIS PRÆ-
CLARE MERITI DN. VICTORINI STRIGELII
Kaufbeurenensis, pie defuncti, die 26 Junii, Anno Christi
M. D. LXIX.

IBIDEM.

Siste gradum quisquis transis hanc forte viator,
ut discas mortis tristia fata mea.

Ego JOANNES RANZOVIVS, infelix puer, Henrici Ranzovii, Regis Danicæ, tam in Ducatu Holsatiæ & Slesvicensi, quam Ditmariensi Gubernatoris filius, in hanc urbem literarum gratia cum Ducibus Holsatiæ, D. Friderico & Philippo missus, peste correptus, & paulo post in vera invocatione Dei, Anno 1582. Octob. 17. mortuus, ac sine ceremoniis vesperæ, eodem die hic sepulture datus, et sic humana ope destitutus, à Deo autem ex hac mortali vita, ad perpetuam immortalitatem evocatus, in patriam cælestem locatus, & à parente tristissimo hoc monumento donatus, resurrectionem mortuorum, & reparacionem omnium rerum exspecto.

Durum est extra patriam mori.

Hic ego Ranvoa prognatus stirpe Joannes,
Mortuus humana conditione cubo.

Cimbria me genuit, sed non post fata recepit,
Sicq; peregrina sum tumulatus humo.

Hanc me pertraxit studiorum fervor ad urbem,
Principibusq; comes, nobilibusq; fui.

67

68

His licuit cunctis ad patria rura reverti,
Unum me reducem noluit esse Deus.
Sed bene mens e'ternæ cælesti sede recepta
Visitat æternæ docta Lyceæ scholæ.
Corpus humus tegit exanimum, dum suscipiet illud,
Ex nemis Christus tempore judicii.

IN EODEM SACELLI PARIETE.

RESURRECTIONI

S.

Mariæ Agricola

Naumburgensi.

inter mulieres sua ætate
virtutibus nulli secundæ
artibus consensu omnium
primariæ,

quæ animam quosq; agens
Scientiâ divina fiduciâq;
summis Theologis
moestissimo marito,

cunctis assistentibus
admiratiōi solatiq³

Summo fuit

THEODORUS

SEMELBECCERUS

PALAT. MEDICUS

coniugi desideratiss.

An. Sal. Hum. CIO IO XXCII X

III. Id. Sept. aetat. XXXVIII

coniugi IV

praemissa

Exoptans beate subsequi,

hocce M. P.

V. CL.

FRIDERICO SYLBURGIO VETE-

rano Hasso Graece lingua instauratori accuratis-
simo, Philosophicorum aequae ac historicorum scriptorū
anagnostae diligentissimo, nimis tandem vigiliis ac
typographicis laboribus consumpto, & die Februarii ve-
teris XVI. An. Ch. 1596, aetatis 60,

68
69
ē vivis Heidelbergae erepto, monumentum
hoc memoriae & honoris ergo fieri fecit haeres.

MANIBVS FRIDERICI MAIERI.

Qui primum tenuit ludimoderator habenas
Perpetuā Musas sedulitate colens,

Inde suam in patria doctas discensibus artes

Præstitit Oeconomi munere functus opem.

Profusio arreptus vitiate tollitur alvi

Lux postquam Augusti tertia nata fuit.

Corporis hic liquit Fridericus viscera Majer

Ardua, sed vivā sidera mente colit.

Septem lustra duosq³ simul compleverat annos

Clauferat ut vitæ tristia fata sua.

Hanc Vnam Coniunx & filia Cara superster

officii ponunt plura Cara boni.

PATIENTIÆ FILIÆ FRIDERICI MAIERI.

Quam tulit ante diem mortis Patientia telum

In patris patiens clausa quiesco solo.

Et mecum pariter bustum tumulantur in unum
Custus moer, pietas, gratia, forma, pudor.
Cum patienter omnis Patientia vera tulissem
Morte cado mortem luxit uterq₃ parens.
Sed multis erepta malis Patientia tandem
In Christo patiens vivo beata sinu.

D. O. M. S.

Hic HERTERE jaces positus sub cespite tale
Cui de duricie non bene nomen habes.
Nam vix egressus prima lanuginis annos
Occidis infelix cen rosa verba perit.
Dum sequeris Musas Nicci spumantis ad undas
Grande decus juris jamq₃ futurus eras.
Invida sic semper mors est conatibus amplis
Sic sunt (hen) tristi subdita cuncta neci.
At licet ante diem forsam videare peremptus
Crede mihi damni nil tamen inde capis.
Cum Christo laetus coeli versaris in aula
Dum nos in terris fors inimica premit.

70
69
Felix qui potuit juvenis decedere mundo
Praecipitur multis grandibus ille malis.

Anno Christi 1587. iv. Id. Jan.
Bartholomaeus Herterus Cussellanus
LL. Candidatus reb. humanis exentus
est, cui monumentum hoc haeredes F.C.

MEMORIAE ET HONORI
ADELHEIDAE CHRISTOPHORAE HELMIAE
PITHOPOEAE,

matronae lectissimae, uxoris suavissimae, Lam-
bertus maritus; matris carissimae, Christo-
phorus, Daniel & Sara, liberi, cum lacrymis. H. M. P. C.

Epigramma saxo sepulchrali inscriptum.

Conditur sub hoc saxo corpus Adelhae Christophorae Helmiae
Pithopoeae, Daventriensis, uxoris Lamberti Pithopoei, in Aca-
demia Heidelb. Professoris, quae non obiit in patria, sed obiit in
patriam die octava Septembris, anno Christi M. D. LXXXVI.

Aetatis LI. Conjugii XXVI.

AD CATHARINAM BERGIAM
conjugem
Abrahamus Scultetus.

Vixisses mecum, aut tecum modo mortuus essem
Sistarent nutu vitæq; morsq; meo.

Sed te Jova mori jussit me vivere: Laudi
Illius cedat mors tua, vita mea.

Hora subit, quæ nos iterum conjungat in aula
Ætherea Christus perpetuoq; beet.

Vixit an. 30. m. 6. in conjug. an. 10. m. 4.

D. 14. obiit an. 1605. 25 Martii

Catharina de La Licorne
Clarissima. conjugii Jacobus de
Billus Parisiens. moerens
posuit

Penelope fides, pietas & religiosa
Inq; pius omnes officiosus amor.

Si possent mortis fatale avertere telum,
Debueras nunquam tu Catharina mori.

MARTINO MEINRADO

Juris Licentiato, Philosophiæ & liberalium
artium Magistro, qui in hac Academia

70
& bonas literas & jura docuit, & Illustriss.
Principib. D. Othoni Henrico, & D. Friderico
Palatinis electoribus a consiliis fuit, marito
suo charissimo, Catharina Meckin uxore
mæstissima, hoc monumentum cum lacrymis F.C.

Ulma mihi natale solium, sed maxima vitæ

Portio, in hac chæra est mæbe peracta mihi

Hic didici ingenuas artes, & jura reverenda:

Inq; Schola pariter doctor utraq; fui,

Post aliò tractum, huc revocavit maximus Otho,

Consilioq; suo jussit habere locum.

In quo judiciis, æquali jure ferendis,

Ætatis reliquum, quod fuit, attribui.

Principibus gratus, mentis bonitate fideq;

Collegis gratus, moribus, arte, fui.

In Christo obdormivit an. 1568. die, 8. Decembris.

In Suburbio Spirensi est templum Prædicatorum. Hic ha-
betur theatrum Anatomikum secundis corporibus destinatum.

FLUVIUS Nicer urbem ipsam à Septentrionali plaga
alluens, non procul à Danubi fontibus in Sylva Martiana exor-
ditum sumit, & an fractuoso decursu auctus rivis pluribus (praesertim
Enzio, Cochero & Jaxta) Septentrionem versus delabit, donec in-
ter Nemetes & Vangiones Rheno absorbitur. Hujus fluvii
etiam Ausonius in Mosella meminit, cum inter alia ait:

Hostibus exactis Nicerum super & Leodunum &
fluvius est navigabilis, & plurimis commodis non Heidelbergenses
duntaxat, verum Spirenses, Vormatienses & alios vicinos socios omnes.

Mons in plures diversos & diversorum nominum colles protuberans,
ea parte, qua azeem sustinet ab ortu, & civitati imminet, à dote
sua myrtilis Heidelbergum, ad caeterorum collium differentiationem,
dicitur est. Eminentiorum Regium montem, de chiviorum la-
pidinam habentem & templum D. Petri prospectantem
Caprinum dicimus, cuius latus Septentrionale castaneis dives est.

TRUTZ KAISER Casaris ira, specula lapidea
Spiram cernens, tempore intestini motus, per simulacra Frederici
Imp. & Frederici Palatini, militari opera, in hujus
montis latere excitata, etiamnum visitur. De qua, qui va-
na aliis persuadere voluit, una eademque nocte inceperat
& perfectam esse dicunt.

Ex alia urbis parte ultra Nicerum est Mons Sometrus,
Heiligberg, quondam Mons Abrinsberg nuncupatus,

71 72
Ab fortassis ob antrum illud subterraneum (cisternam verius
diceret) cui Hattenloch nomen perhibetur, hoc nomine insignitus est.
Omnino credibile puto, ex ipso tempore, quo limite prolato haec Germa-
nia pars Romanis patuit, etiam Castellum & praesidium Romanum
in iugo hujus montis, sive sub Probo, sive Gratiano sive alio princi-
pe fuisse: quod quidem ad antiquitatem loci cognoscendam in primis
est observandum. Hoc dictare videtur etiam ipsa loci opportunitas,
verticis puta altissimi, & in summo lati, & duo latera subiectamque pla-
miciem latissime despectantis; & vicissim longissime spectandi.
Nec memoriam omnem, ait Clariss. Feherus, ita aut temporis ve-
rustas, aut hominum manus abolere potuerunt, quia vestigia super-
sunt in cisternis & cameris subterraneis (quas vulgus heyden lö-
cher genitium foveas vocat) lapidibus caesis in vicis disiectis, numi-
smatis varii generis, & variis reliquiis; quae quibus in locis repe-
riuntur, iisdem olim stationes Romanorum militum fuisse loquuntur.
Testis est etiam lapis quidam patrum memoria repertus olim parieti
ecclae S. Stephani in monte Abrinsberg insertus, qui hodie in
curia villa Hendschuchseim visitur, cuius inscriptio talis est.

MERCURIO
BASEM. CUM
L. CALEXIDIV
CATO R. D. C.
V S L L M.

Castellum illud Romanorum Franci victores, & hujus ditionis occupatores, non tantum ~~in illis~~ ~~reliquia~~ ~~superfuit~~ ~~et~~ ~~quodam~~ ~~Romani~~ ~~nomine~~ ~~obscurandi~~, et Romanorum operum abolendo: sed etiam zelo quoda Religio- nis Christianae exornanda, in Eccliam commutarunt. Cuius in monte Gerhardus Abbas ex veteribus aedificiis Basilicam in honorem S. Michaelis Archangeli construxit.

Reginaldus porro Abbas, de concessione Henrici II. Imperato- ris monasterium effecit, fratresq, sub regula Benedicti vi- Etuzos, & fratribus Nazareanis conformes ibi congregavit. Postea Anselmus Abbas in excelso monte jugo aliam in sup- cellam S. Stephano Protomartyri Sacram ejusdem Imperato- ris concessione, & Alexandri III. Papae confirmatione fun- davit & dotavit: & illa quidem Ecclia major Sancti Nazarii, haec minor S. Stephani vocabatur.

Nostis vero temporibus coenobium illud dirutum & solo a- quatum, solius basilicae parietinae reliquiae super sunt: in qua parte praeter columnas antiqui operis, duae illae ad occidentem turbines septangulares veterum manq & archite- ctationem referret; et melius propugnaculo & castello quam templo convenire videntur. Reformata demiq, divino

Beneficium religione sub principib. nostris, & superstitionem hominum eo loco ^{annuatim} patramtem & meretricibus ipsam mali fomi- lem paulatim sustulit cura Duam. Totum n. fons aedificia- um pulvere pyrio totum disiectum et confusum est;

et illud dimtaxat superest, ut fidem ^{historia} ~~historia~~ ~~cadavera~~ ~~illa~~ ~~aedificiorum~~ & ruina facere possit, ~~et~~ ~~quodam~~ ~~Romani~~ ~~nomine~~ ~~obscurandi~~

72 73
Monasterium Neuburgense in ca-
Heidelberg. anno 1483 confectum

Amici causa aliquando Vormaciam ex Urinis, primo ab urbe nostra lapide occurrit

L A D E' B U R G U M.

Ipsa loci gemis antiquitatem nescio quam referens, situm opportu- nissimum habet, & Nicri alveum a moenibus oppidi opere mi- litari submo tum longiusq, exclusum adhuc monstrat. Originem Romanam opinione jam a majoribus veluti per manus tradita lo- cus asserit, quem nomen suum a Latinis habere, & Latinoburgum dictum fuisse quidam autumant. Primitus sub Francorum Impe- rio & temporibus Carolinis, no Ladeburg, sed Lobdeburg nomen civitatis fuit, quod & in sigillo suo fideliter ipsa retinet, in quo utroq, ita legitur. S. Parvum oppidi Lobdenburg. Et: S. majus oppidi Lobdenburg.

Oppignoratam est pro media ejus parte anno 1371 Duci Ru- perto Semozi, quod etiam in hodiernum usq, obtinent Electores Palatini. Templum habet unicum grande cum duabus turrib. praetis, in quo Canonici Pontifici & Reformati nostra Ecclia horis successivis sacra peragebat.

Verum accidit aliquando in praesentia Episcopi Norma-
censis, cui alia oppidi medietas obierit, ut Canonici cantil-
lationibus & missificationibus suis tempus Reformatis sacris
destinatum supra modum protrahendo impedirent, neq; ratione
ullam populi jam ad audientia concionem frequenter congrega-
ti haberent. Mora itaq; populus impatiens canere in tem-
plo quoq; incipit. Episcopus ex superiori choro silentium im-
perando nihil proficit, ideoq; irarum exaynatis flammis
ima petens alapam concionatori Ecclae reformatae impingit.
Res tota ad Principem electorem devoluta est, & Ministri
tam seriam gesserunt curam, ut pro unico Episcopi colapso mi-
nistro impaeto jus templi amiserit, neq; ab eo tempore illic
missificationibus papisticis vacare concessum sit. Soli itaq;
nunc Orthodoxi templo potiti, soli sacra illic peragunt.
Urbs est in plano sita amoeno: Sedes siue domicilium Epi-
scopale Nicernm spectat splendore mediocri.
Ex alia Nicri parte quadrante milliarii distat pagus

SECKENHAIM

locus memorabili illa Friderici I. Palatini contra tres
illustres hostes victoria nobilissimus. Cujus in agro
plano a pago ^{sic} mediociter remoto praetii locus exstat
in columna lapidea pyramidalis cum lapides etiam crucifixo
occasum spectante monumentum his verbis:


73 72
Als man Salt nach Gottes geburt. M. C. C. C. LXXII.
jar, auf Sanct Paulus gedächtnis tag, sind auf diser crallst
durch Herzog Friderich Pfaltzgraven bey Rhein re. und Jure.
hies ten wider geschossen worden Herz Jorg Bischof zu
Seltz, Marggraven Carl von Baden, und Erant Ulrich
von Wirtemberg, mit seiner marcklichen Sal ihrer diener
Eranten, Doren und Knacht. Und denselben die
in selben geschosse tod blieben sind, solte Golt barmher.
sey sein, Und auf denselben

Ab hac pyramide milliario unico distat pagus ad Rheni &
Nicri confluentiam in colle oblongo situs

MANHEIM.

Pagus ipse est mediocis sine splendore externo. At tamen ele-
toralis celebris est captivitate triemali Joannis XXIII Pa-
pa Romani celebris est: in qua duro sane carcere integrum
triemium vixit; et carcere interessione quorundam

Spatium Heidelbergam versus



Neccarus fluv.

fluvius

Bachium Rheni.

Hic numeratis triginta aureorum millib; sese ex Palatini carcere redemit. Phil. Mornay in historia Papatus p. 1212.

hypocausto inclusus delinuit, ad iunctis ministris Italiae in-
gna ignavis, qui quoq; ingressu prohibiti per forame quod-
da quadrangulare cibum & potum Pontifici suppeditarunt.
In pavimento ligneo illius hypocausti compes ferreus Papa-
ni pedis ornamentum etiamnum visitur, quod pedibus meis
applicando, Papa affectis menssem meliorem sum precatus.
Navi recta per Rhenum descendentes ad horam 21 diei

VORMACIAM

salutavimus, & ad album cygnum divertimus: in quo hospi-
tio prandio sumto pauca qua observavimus sic habe.
Hac civitas olim Vangionum nuncupata est, & populiq;
per circuitum huius urbis ad duo vel tria millia circa versus
pagum Altheimersem habitaverunt Vangionum nomine
appellati sunt, quorum metropolis Vormacia fuit
Urbs servetusta est & amoenissimo loco ad Rhenum sita,
Iudeis dives. Cuopactis nomen huius urbis sit mutatum,
& affectus Episcopi erga cives quis fuerit, consule Cosmogra-
phia Nunsleri lib. 3. cap. 161. 164. 165.

Templum cathedrale est in monte situm cum quatuor tur-
ribus mediocriter altis, in quarum unam ascendendo nu-
merari a fundamento ad cacumen usq; 238 passus.
Illic habetur horologium cum campanis aliquot. In
eodem templo ad turris januam in pariete haec leguntur:
Vexi folium.

Anno donata salutis 1580 Theodori-
cus a' Bettendorff, reverendiss. Van-
gionum Antistes, et illustriss. Imperii
Princeps, sub Episcopatu annos xxviii,
ætatis suæ Lxii, post ingentes curas
suæq. Reip. vigilias, senio & venerabili
annorum serie emaceratus, 31. die Janua-
rii animam ad coelestes feliciter & religio-
se transmisit manes, cuius spiritus in
requie futuram præstolatur resurrectionem.

In porticu huius templi est ~~habes~~ crassa 78 pedes lon-
ga & 2 palmorum crassa, quæ gigas quidam Norma-
cia desmectus pro hasta usus fertur: cuius longitudinē
sepulchræ in coemeterio publico mensus essem repperi lon-
gam 50 pedes. Est & lapis nigentis crassitie, cuius
pars media excavata visitur, qui nodus hæstæ gigantes
perhibetur

AD CURIAM

Vangiones quondam cum Casare conflictarunt,
Jam tibi perpetua Casar pietate coherent.

76
75
Libertatem quam majores peperere, di-
gne studeat fovere posteritas:
Turpe enim esset parva non posse tueri.
Quamobrem Vangiones quondam cum
Julio conflictarunt
Jam tibi Casar perpetua fide coherent.

In pariete cuiusdam domus.

COGNITIO DEI SUMMUM BONUM.

Julius obtinuit solus commune quod olim
Imperium Romæ Consulibus fuerat,
Tristia dum cessant Augustusq. Casare bella
Editor e' castæ virginie Christus homo.

In domo quadam in eo vicu sita quo ad Rhenum exitur, in
qua Martinus Lutherus Reformatæ suæ Religionis ratio-
nem reddidit, in vitreo fenestæ orbiculo hæc legi.

Carolus v Dei gratia Rom. Rex.
Ferdinandus ^{et} anno 1535

In templo B. Virginis Mariae extra urbem visis statu virginis ferreis inclusa cancellis, & circa eam sequuntur fortassis illud Horatii ad Pyrrham:

me tabulâ sacer
Votivâ paries indicat urida
Suspendisse potenti
Vestimenta maris Deo:

Plurimas votivas à variis morboꝝ & cruciatibus liberatorum
Suspendas res videas, vestimenta lacerata, cereas manus,
Pontificem illo Theopiscipionem cujusdam menchi; Sanctorum in summo altari reli-
danti, lib. 8. ad
gratos: Pie, inquit
quias. In postica vero ejusdem altaris parte haec legi.

Meritum Mortaliu M
Odiosa Oblivi O
Repentinus R umo R
Sejunctio Societati S

Item:

Unde superbi
Cuid est homo nisi hi
de limo homo pri
Mortem vitare nequi
Si nos terra su
terza quid est nisi fu mus

Si nihil est fu } mus
ergo nihil su }
ideo studea }
ut parati si }

Supra R hemi portam.

Divo Henrico III Ro, Re, Augusto, Vangiones
immortales laudes jure debere nullo avo ne-
gabunt. Ibidem videtur effigies rubro vestitu locata
Anno salutis 1599.

Vormaciâ distat oppidulum milliano unico ortum versus

FRANCKENTAL.

quod primitus Monasterium tantum fuit à quodam Eckenberg-
to Kemerer constructum, loci plano & amoeno, & venationibus
accommodo: verum loci commoditate ducti quidam casas suas
illuc erigere ceperunt, & paulatim ab exulibus Belgis Agri-
grano, Francofurto & ex aliis locis pulsis sic exultant^m ut ja
oppidi nomen mereantur: insuper lata fossa & aggere crasso
cum propugnaculis apte invicem correspondentibus sic mun-
t^m ut ferocem hostium rabiem facile compescere possit.

anathematizata.
Hac via defendunt
Pontificem illo Theo-
danti, lib. 8. ad
gratos: Pie, inquit
ille, fidelit^{er} proccatos. vana timi
consequi qua desiderat, trahantur
illa quae voto rum rei solvunt:
nam alii q^{uo} oculo, alii pedum,
alii manuum simulachra suspendunt,
ex argento &c.
Vide promptuar: Beyerlinck,
part: 1. pag: 556. initio.

Hic videas quoque domos humiles ex ligno factas, & serua-
^{nti} cognitionem non excedentes, sed mira ³ ~~pl~~ quoque platearum
correspondentium harmoniam spectare licet, non secus quam in
celeberrima Silesiarum metropoli Vratislavia.

Sed redeamus ex diverticulo in viam rectam. Cum Rheno ve-
ctus Transfurthum peterem, ultra Vormatiam 4 mill.
attingi urbem quondam Imperialem

O P P E N H A I M,

nunc vero Serenissimo Palatio Electori subiectam. Situs
huius urbis amoenus est in montis latere, & si vulgo cre-
derem, visam Ierosolymorum effigiem referente. Parsem. n.
paulo superiorem arx electoralis occupat, quae assimilata
arxi Davidicae, ex qua sensim descendendo ^{lun} templa occurrit spe-
ciosum sic satis, in quo pro crepusculo matutinum nihil na-
tari. Infra templum forum est urbis. Aedificia ad pede
montis habet quidem perampla, verum antiqua & rudia.
Ajunt huius urbis Senatores esse ex Nobili aut Equestri
familiâ delectos, neque vulgo capessere illam dignitatem
conceditur. Aluit hanc urbem Rhenus, Post
hanc urbem post quatuor etiam miliaria occurrit

M O G U N T I A.

77 78
urbis vetustissima, quae loco ameno sita est illic ubi Moenus
fluvius, quem alii Mogannum vocant, ex Franconia descendens
Rheno se levi cursu miscet. Haec urbs dives esse fertur antiqvi-
tatem, verum ego temporis exclusus brevitate priusquam in ho-
spitio ad Speculum quieti me traderem haec pauca vidi.

Templum cathedrale in magno urbis foro est peramplum, et mul-
tis Archiepiscoporum monumentis dives. Hic vidi mystificatio-
nes Papisticas, & solemnes pro defunctis ad candelas cippo su-
perimpositas orationes. Habet hoc templum columnas lapide-
as 40, Habet & supra ligneam quoddam altare equestrem homi-
nem D. Martinum vocant. Anno 1605 Joannes Suardus
Archiepiscopus electoralem dignitatem obtinuit.

Arx splendidissima electoralis sita est ad Rhenum. Habet
& Academiam, bibliothecam, Jesuitarum colluviam, quae mihi
videre tempus & nauca prohibuerunt.

Flumine adverso Francofurthum iteris occurrit arx elegans
ad dextrum latus KELLERSPACH cum propu-
gnaculis, aggere alto & turricula angusta conspicua.
Longius hinc unico solum miliario à Francofurto distat

HECHST.

257 electoris Moguntini ad Rhenum elegantissima: ubi
naves ad urbem hanc adventantes tubis exapiuntur.

In magno aethivo palatio haec cum picturis vivis unius cuiusdam
Imperatoris leguntur.

Aquila Imperialis.

Austria victrices Aquilas augustaeq; signa
Extulit appictos Genitrix clarissima regum
Edidit Augustos denos: Priameja propago
Et genus Herculeum magnum Jovis incrementum,
Undiq; quod virtus Diadema Trophaea Triumphi.
Cum majestatum titulis Sceptisq; coronant.

Rudolphus I.

Hujus ab auspiciis aeternum aeternus honorem
Austriada mafflavit domui tot regna tot oras,
Sicq; renata fuit facies pulcherrima mundi
Gaudia saltantis lassiq; cubilia Phoebi.

Albertus I.

Debit Albertus merito succedere patri,

78
79
Cuem sequitur volitans laetis victoria pennis
Libertas, pietas, constantia, colla Tyrannum.

Fridericus II.

Caesarii capitis quamvis sit fracta corona
Ludit in humanis divina potentia rebus
Non tamen extincta est virtus atq; incerta fama
Friderici clari Austriaco de stemmate nati.

Fridericus

Fridericus sacrata majestate verendus
Vinula regnozum solidans adam ante quietis
Praecellit mentes hominum bonitatis & aequi
Laudibus, ac blanda mulcet dulcedine mundum.

Carolus Magnus.

Quis me jure negat Magni cognomen adeptum?
Quin titulus factis est minor ille meis.
Floruit optata sub me duce Gallia pace
Pannonis fusus conadit Hunnus agris.
Fata sublaetis tellus pacata tyrannis
Hesperia Pulsus trux Saracene plaga.

Imperii sedes per me Germania facta
Saxoniae & Insuper terra professa Deum est
Gloria neglectis duce me quoque reddita multis
Ipse repurgata nec rudis artis eram.

Maximilianus I.

Non sic Hebraeos soboles Jessea beavit
Caesar ut Aemilius Germanos cumque Latinis
Armiferos Belgas Hispanos atque feroces
Pannonios decorans fovit firmavit & auxit.

Carolus V.

Carolus in toto Phoenice velut unicus orbe
orbis apex, regum rex, nec non gloria terrae,
Lilia cum Luna superans ensesque leones
Scepta per Oceanum PLUS ULTRA extendit ad astra
Cedat ut Ulysses, Macedo, Itraque, Julius audax

Ferdinandus.

Non humana creat tales natura Monarchas

79 80
Qualis Ferdinandus: soboles sed clara Deorum.
Cujus iudicium pietas, prudentia, candor,
Totum perstrinxit veluti sol aureus orbem.

Maximilianus II.

Maximus Aemilius nulli comitate secundus
Scilicet aut qualis Danaus memoratur Achylles
Aut qui divorum reputatur sanguinis Hector
Implevit geminas summis virtutibus Arctos.

Rudolphus II.

Aedepol hic patriae pater est pietatis adus fus
Igne, polemarchus, custos, cen Curtius astat,
Christi adum ut populum festiva pace gubernet,
Religione Numam superans, candore Lycurgum
Vincit Aesfidem iusto Socratemque Sophiam.

Anno 1606 7 Februarii hora 1. pomeridiana cum
Jano Gukero, Caspate Dornavio, Jánoslas L. Barone
à Smiricz Bohemo pedibus excurrentes & tria millia
conficientes pervesperis lassis Spiram appulimus, et ad
hospitium cuius insigne est cantharus mauratus divertimus.

SPIRA

olim urbs Nemetum, & incola urbis Nemetes dicti sunt
E regione hospiti ad cantharum est domus De niti
Clarissimi Juriconsulti & Camerae assessoris cum his versib.

Prisca insigne domus speculum radiantis mago
Ingenium domini prodece doctarovi.
Hos exesse jubet ficta qui mente recondunt
Fallaci quicquid pectore concipiunt.
At vos est cordi niveus queis candor aperse
Vos animo dominus janua poste vocat.

Et:

Otia fluxa dedit posthac aeterna daturus.

Hidem.

3 Reg. 3 cap

Salomon de puerulo à muliere interfecto judicans sedes in
hac inscriptione.

Solvit inexplicitos justis prudentia flexus.

Templum cathedrale est capax & amplum cum organo
& 26 columnis. In quo aliquot imperatores sepulti
jacent in di Sabem monumento condecorati, hac serie.

~~ROAVUS IACET ISTIC~~

~~ROAVUS IACET ISTIC~~

Anno Domini 1039 Conradus Imperator, secundo Nonas
Julii obiit.

PROAVUS IACET ISTIC.

xv. KL. Martii Gisela Imperatrix obiit.

HIC PROAVI CONIUNX.

Anno Dominice incarnationis 1056. Henricus Tertius
Xiger tertio Non. Octob. obiit.

AVUS HIC.

Anno Domini incarnationis 1106. Henricus
Quartus senior VII. Idus Augusti obiit.

PATER HIC.

Sexta Kal. Januarii Bertha Imperatrix obiit.

HIC HENRICUS SENIOR.

Anno Domini Henricus V. junior V. Kl. Maji obiit.

FILIUS HIC.

Integrum distichon ita habet.

Filius hic, pater hic, avus hic, proavus jacet istic.
Hic proavi conjunx, hic Henrici senioris.

Præterea testatur tabella quædam characteribus vetustis
exarata plures illi Imperatores & Imperatrices in spe
futuræ resurrectionis quiescere, his verbis.

Conradus. Henricus Tertius filius Conradi
Henricus IV. Rom. Rex. tertius Romanorum Im-
perator filius Henrici.

Henricus V. Romanorum Rex, quartus Impe- 81. 82
rator Henrici quarti filius.

Philippus Dux Suevia Romanorum Rex

Rodolphus Rom. Rex.

Rodolphus Comes de Nassau Rom. Rex.

Albertus Rom. Rex filius Rodolphi Rom.
Regis Dux Austriae.

Gasela Bertha & Agnes cum præfatis
octo Imperatoribus et Regibus, in hoc choro
Regum, & Beatrix in ccripta Ecclæ Impe-
ratrices gloriose requiescunt, et Conradus V.
fres Henrici præfati, non modo Eccliam re-
dificando, sed magnis & superabundantiss.
privilegiis Clenodiis muneribus & donis ho-
noraverunt, animabus eorum propitiatur

altissimus.

Ardentia elliptica conspicienda 14 quorum duo emine-
ntissima fuerunt. Altare cereas ardentes 20 ha-
buit. Cantuenses monachi XIX.

Verum quia jejuniorum dies fuerat, omnes statuae sindo-
ne pura erant tectae.

A monumento Imperatorum in tabella.

Mundus non durat perit qui crastina curat.

Respice futura si vis vivere sine cura.

Item in alia tabella.

Mors dura mors nequam, mors nulli parcat et aequam
Dat cunctis legem miscens cum paupere regem.

Item.

GEORGIUS PALATINUS RHEXI
episcopus Spirensis, sudore Angli-
co defunctus obiit. 1529 die 27 Septemb.

In arca ejusdem templi est ex lapide eleganter excisus mors
ohivatum, ubi iuxta hominis statura Christus & duo alii discipuli
visuntur. Adsumt praeterea milites Christum capere volentes, quo-
rum primus qui iam horum ingressus conspicitur laternam habet.
Sextus vero a primo solo bombardam in manibus portat, &
sinistro pedi emplastrum impositum habet. Extrinsecus vero
infra hujus structure tectum mulieris nasus specillo ornatus
est.

82

Huic vicinum est Jesuitarum templum, non quidem magnum sed
speciosum, cuius statuae omnes sindone in jejuniis tectae fue-
runt. Collegium Jesuitarum adjacet templo: itaque in ges-
si collegium salutarium Jesuitarum patres, & nominatim Joannem
Vragyrum antagonistam Paei nostri: ex quorum sermone
bus pharisaicis ^{ce}leo ex unguibus facile cognitis nobis sunt.
Hypocritica omnium rerum contentus illos commendare videbim;
verum tu nihil illi volumus & cupimus, capiunt tamen plurima.
Disputatio nobiscum illis fuerat, de autoritate scripturae, contro-
versiarum iudice, de Ecclia, Patrum scriptis, Papa autoritate,
de Poenitentia, & invocatione sanctorum, & denique de oratio-
ne pro defunctis habenda. Et per opportunum pol'accidit, ut
hinc, cum Bibliothecam ipsorum bene instructam fuisset ingressi,
iudicem controversiarum Papam solum esse debere ex illo Deuter.
17-9 comprobarent. Ego vero conversus ad Biblia Hebraica
postulavi & vatabi mihi sunt porrecta: ubi ostendi non
fieri mentionem unius sacerdotis sed כהנים plurimum, nec solum
sacerdotum sed & summum iudicis: neque vero illi ex proprio cerebro,
sed secundu[m] legis Dei praescriptum, iudicare debuerunt: quod nisi
observassent, non amplius illos audiendos esse omnino credibile
fuerat. In summa quicquid unquam de Jesuitarum mo-
ribus & conversationibus audiveram, plura in hoc ipso
collegio omnimodis, & auribus meis hausi.

84
Expleta Heidelbergae annis tribus integris & octo mensibus, cuius
bonarum artium feliciter confecto, cum iam iter Gallicum & Anglicum
inhiberi essemus post octiduum: ecce de repente 17 Martii 1607
iuxta veteres fastos nuncium de obitu Illustrii heri nostri accipimus
& poste in patria referro jubemur: cum antea 18 Martii Serenissimo
Electori Frederico IV ultimam vale dixissemus. Quare duplici nos
vulnere sauciati, nempe cum & sedis peregrinationis nostrae occu-
patione, tum omni peregrinationis iter sublato & interclusum, cognovimus,
sartore nostro Gallico advocato, quatuor sequentibus diebus, vestes
nobis lugubres facere iussit: quod supererat sarcinula, illa bulgas
complevit, & 21 Martii qui fuit dies Sabbati jentaculo primis
sumto, moesti Heidelbergam discessimus: & hora prima pomeridia-
na in pago Hentespach ad equitem & peditem Lemus praer-
dium sumimus: non laudon coenam in Eberspach refectis sumus
cepimus.

Vigesimo secundo demum die iter inceptum sero
continantes in pago Langen dicto, ad bovem grandium
sumimus: et ad vesperam Francofurtum appuimus: & in hospitio ^{in vicinis summi}
ad ceruum supra atrium domus illius depictum ^{abiquam tu tu substituit} ^{templi Basilicis}
donec commotum vectorem Norimbergam nancisci potuimus.

Dignis vero Francofurto ipsis mundis vernalibus 24 Martii
hora pomeridiana prima, occurrit pagus Nidertott, post eum
oppidum Offerbach muratum: habens arcem elegantem in ripa
Moeni factam, qua ad lavam retingentes propositum nostrum usimus.
Non longe a hoc pago Stampm circa paludum spatias
plurimas vidi nigricantes: ubi Principis Electoris Moguntini
iussu veneficae mulieres Vulcano sunt sacrificatae.

Hinc occurrit Selestadt civitas, qua sequitur pagus
Stockstadt: & hic in hospitio ad bovem coenam nos refecimus.

25 die illustrante ita facturis, rursus ad radicem inusta partibus
20 statim prausta visa sunt, ad quas totide venefice iusti
Moguntini Electoris sume exusta. Ex earum numero fuit vir
quoque praedives; quod ipsum testatur domus ejusdem modicis ele-
gantiae in pago Valdstadt sumptibus artificata. Solitus erat
arte magica hic homo vira aliorum gelascere: ut necessitate com-
puli concives, ejus vino uterentur: & hac via magnas sibi opes
acquiverat.

Secundus pagus Odenburg. Hic ad lavam montis vinei quoddam
proportionatum vidimus tanta elegantia, ac si natura arte fuisset
imitata. Huius montis immo cuber ad amussim correspondit al-
teri: & quousque unum jugum extensum est sylvaq in parcoronae probe
exornati, eorumque alteri extensum & ornatum arboribus est.

Pagus Mimbryk habet ad lavam via regia elegantissima
castellum: cuius idem Geroosus mens se aliquando imitatum
spopondit. Ad horum divi 12 die & appulimus.

Miltbergum.

& divertimus in hospitio ad Struthem quatuor eodie miliaribus
confectis. Haec urbs spectat ad Electorem Moguntinum, cuius
arx in monte methicis magnitudinis & splendoris alluit a Moeno
fluxio. Habet artificia sic satis ex ligno & lapidibus elegantia.

Haec urbs distat Heidelbergam septem miliaribus.

Hinc discessit occurrit pagus Namkirchen: postquam enim
sculo vespertino superato monte praeter coenatum ingressi sumus
Reichelsheim pagum, ad radices duorum montium & flu-
vium Tubarum (quem sub hinc ponte pertransivimus) Germanis
Tauben vocatum, situm. De hoc fluxio quaedam apud Munster
in Cosmographia sua vide pag. 811.

26 die & mil. confectis hora 12, monte finitibus confecto venimus
in pagum Halpron. Postquam occurrit nobis civitas

VIRCBURGENSIS seu

Herbipolensis, & divertimus in hospitio ad Vitom.

Haec urbs est in plano sita: & tra undiq circumiacentibus monticulis &
collibus vitiferis, amoenis hortis & pratis intermixtis ornata: praeter
ea fossis, vallis, duplici muro, fossis lapide stratis, multis turribus
& propugnaculis bene munita. Intus autem populosa, pluribus
templis, monasteriis & ecclesiis, ac non clericorum solum; sed & civium
splendidis & amplissimis aedibus exstructa, ~~Ad septentrionem~~ Ad
occasum Moenus fluvius proxime urbem praeterlabitur, quae sub-
urbium ab urbe distinguit, & utramque ripam rigens iungit pons lapi-
deus, foribus munitis pilis. In fronte templi Jesuitici haec
leguntur.

1591 templum constructum, &
academia seminarium fundatum.

Ultra Moenum proximis montibus, satis pulchram & quatuor turribus
munitam arcem, divae virginis Mariae munitam continet, quae
est Archiepiscopi.

Post tertium miliare, occurrit alia urbs ad Moenum etiam sita

Litzinge.

Hospitium hic habuimus in suburbis exteniori ad Czum.
Haec urbs agnoscit Principem Ansbacensem: quae cincta
est duplici quidem muro, sed imperfecto. Suburbium vero simpliciter
aedificia sunt non vulgaria. In foro est fons lapideus egregie
fabrefactus.

Signum urbis est, in pariete curiae homunculus ex cantharo
sibi expletus. Domus Principis est ad pedem vinei medietate
Pons lapideus 13 arcuum ~~factus~~ suburbium cum urbe coniungit.
Hic noctem egimus satis placidam.

XXVII ante solis exortum iter exortum pertransivimus Margel-
nesem, Bößlem, ubi terra nigricans iam habetur non sabulum.
Post hoc occurrit Biber, postea confectis $3\frac{1}{2}$ mil. in pago
Lambach hora XI diei transivimus.

Hic digressis ingressi sumus pagum Langefeldt.

Verum hic circuitores portis clausis non prius dimiserunt, quam
auriga ex suo XXV bacenos solverit: propterea quia volentes
coenosam viam deserere, forte via interdictam praetergressi
fuimus. Hic ego & generosus praetorum bubulum de-
cto capite oravimus, ne ~~injusta~~ nulla de causa temere iter
nostrum retardarent. Verum frustra.

Post hunc salu-
tavimus hora 6 Hippach; & hinc Nensstadt ad
fluvium ~~Thess~~ Thess: ad coenam vero pagum
Emskirchen ad fluvium Aurich appulimus: ibi coena
refecta, lectus datus somnus captus.

XXVIII Superatis Hochebigei, Birga, Buschedorf
Vatzbrun, Forenbach, Ferd, atq; ad horam dimi-
diam undecimam Norimbergam salutavimus ad Bitterholz.

N O R I M B E R G A.

est urbs munitissima & elegantissima, ut non immerito oculis
totius Germaniae dicat, albis muribus ~~sanctimoniali~~ ingenti fossa
quadratis usq; praegrandibus utring. Structa, turribus infimtis
& propugnaculis ex solidis lapidibus. Home inter huius fluvii
Pegnicans vulgo Bingitz cum multis lapidibus portibus

duas urbis partes conjungentibus. Numerantur in hac urbe, sicut
Munsterus meminit plateae & vici duo & quingenta, putei a-
quarum CXVI, fontes ex truncis agrum evomentes duodecim:
porta magna sex, pons lapideus decem & tres. Circa unum
portem supra portam lapideam videtur tos ingens et lapide sol-
do factus cum hac inscriptione:

Omnia habent ortum, suaq; incrementa, sed ecce
Inem cernis nunquam vos fuit hic vitulus.

Cingit ipsa urbs duplici muro praefecto, in quibus praeter fortalicia
& propugnacula numerantur turres CLXXXIX aut circiter.
Habet duas turres geminas: ad quarum unam habet praetors
lapidea cisterna: in cuius iugo ex duobus fustibus uberibus
aqua limpidissima profluit. Templum huic adiacens est formo-
sum, multisq; columnis nobile. In foro urbis est grandior
multo cisterna tota inaurata, quam etiam Germani pulcrum
vulcrum vocant. Ibidem habetur templum Mariae dicatum:

hic in die Palmarum mane concionem audivimus; meridie pro
bibliothecam ex duobus vasis in unum grande composuimus.

Talis in isto Mariae templo ceremonia observatur. Cum tem-
plum ingredis, communi voce Germanice psalterium cantatur:
postea pastor ^{cap. 7} Isaac praetors, et suggesto descendit.
Postea organo & musicis instrumentis volatq; musica praemi-
sa, alius pastor cathedram conscendit, preces fudit pro

principibus & omnibus egeris in genere, pro Norimbergensibus
in specie: his absolutis nuptiis promulgavit, agrorum
meminit: unice ex Joanne Evangelista capite praelecto, de his
loqui. Tertio rursus in organo lusurunt & vocalem quoque
musicam codicem Xent. Ultimo Cantorem Lusher: Mi hispano
aregy Jsteben, Tentorio idiomate cantantes, tertius pa-
stor, qui etiam cum Legatis Constantinopoli triennio fuit
praelecto Dominicali Evangelio, de Coena dominica disseruit.
Senatores sunt magnifici, & eo tanto se ornari gaudent, qui
specularem sessionem in foedis e' regere suggesti occupant,
suspiciendi omnes ob elegantem habitum a vulgo distinctum.
Hoc tempus etiam est elegans, & plurima hominum frequentia
sapiens ornata: ad quod Senatorius ordo potissimum frequen-
tate solitus est. Urbs sita est in sterili & arido a-
gro: ideoq' industioso gaudet populo. Omnes. n. plebei hanc
sunt opifices ingeniosissimi, aut plerumque negotiatorum pruden-
tissimi, repperiores & magistri subtilium operum, quae hucus non
parum condierunt.

Armamentarium urbis vargrande habens in ingressu rotunda duo
propugnacula, aut si mavis turres rotundas dicere. Quatuor
diversa sunt conclavia: in quibus singulis hinc ordine triplo sunt
arma seposita, ita ut primus ordo thoraces, alter scoppetos, ter-
tius hastas, cum bombardis habeat. In ingressu atrii ad dextram sunt
globi magni cum medicis, lapidei omnes. Quatuor sunt
bombardae majores, quarum duae hominem facile capiunt, sine
rotis. Catena grandes complures inibi videntur, cum

magnis plumbi acervis. Crocodilus exenteratus pendet suspensus.
Unus ordo habet 7. secundus viij, tertius vij bombardas. Ma-
chinam agmē deficientem vulgo serog borto xi foraminū vidi, quae
ex tribus exonerat partibus unice manu facile verti aptam. Frons
hujus habet 8 foramina, ad duo latera quatuor scoppeti majores.
Alia ejusdem generis machina 8 foraminū ex quatuor partibus exone-
randa: in cuius medio rota versatilis habetur. Tres praeterea
lanuae visum tridentes a duabus rotis impulsurae, quae sunt acu-
tissime. Quinque ordinibus balista quadragesima. Colubina
versatilis noviter excogitata. Scoppetus 17 1/2 drachmas mea-
surae longus notatu prorsus: quem rotā adhuc egere suspicior.
Romphae duae utriusque acutae tantae ponderis, vix ut ab uno homine
vibrari possit. Scoppetus deniq' ligneus quatuor foramina
habet. Finita armamentarii inspectione Illustris urbis Senatus
honorarii loco nobis obtulit per sex apparitores rubra veste
factos octo cantharos vini Rhenani, duos malvatici, totidem
Rampoldi.

xxxi. Martii, hora 9 digressis Norimbergā, occurrit pagus Faik de
postem tres arces ad Norimbergenses spectantes Hofenbruff,
Ferdin, Postbas: ubi etiam ingressi sumus

Superiorem Palatinatum

quem vians Belling inchoat: ubi auriga equos pabulo refecit.
Posttransivimus curru egregiam Palatinatus illius civitatem
Neumark,

Hanc moenia cingunt: platea primaria est bene lata & longa:
formam habet cisternam. Vix exieramus civitate cum coe-
lum pluvie cepit, et toto die coelo lacrymoso et cumibus pagum
Taining madidi salutavimus: ibi coenantes noctem egimus.
Primo Aprilis die hora 5 iser continuantibus visi sumus pagi Volt.
Jausen. Bospwogh, Beretzhausen ad fluvium Labar aut Laber
qui abundat canis, & pisibus boni saporis praesertim truttis.
Hic hora 4 prandium sumimus. Et in Edetzhausen cervicis
potavimus ad fluvium Nab. Montem modicis altitudinis con-
scendimus, & nos auriga curru subvertit: qua eversione promo-
vit ventus vehemens: quo monte superato Ratisponam ap-
pulimus hora 7 vespertina: & divertimus in hospitio in platea circa
moenia sita ad lavam.

R A T I S P O N A

Regensburg Germanis dicta est insignis & vetusta Bavaria me-
tropolis ad ripas Danubii commodissimo loco sita. Voluit Ratisponam
dicta a ratibus, quibus pontis loco ante constructionem lapidei pon-
tis usi sunt incolae urbis, cum alias dicerent nunc Regensburgum,
nunc Reginsburgum, nunc Regina. Pons vero lapideus quod nunc
utrumque est opus insigne arcum XIII aut circiter, habet in latitudine
passus X, in longitudine LX, totus ex quadratis lapidibus: qui
civitatem cum suburbio conjungit. Habet quoque turres tres:
in post pariete seu fonte unius ad ipsam urbem est picta aquila
colore nigro, cum inscriptione A D S I T. infra eam haec legitur.

Divo Rudolpho Roma. Imper. Regi
Archid. duci. Marchi. Comiti. Pa.
Pa. opt. max. S. Augusto, honor.
& observant. ergo. F. T. S. P. E. R. A. T. I. S.

Go. 1 5 9 4.

Ibidem sunt bis tria claves albo colore scriptae, quae sunt
insignia urbis.

Sequenti die prandio prius sumto, & edulias pro itinere navali com-
paratis in viam nos dantes, vix quarta miliarii parte confecta
tam vehemens tempestas nive densissima mixta oborta est, ut semel
atque iserum coegerit appellere ad ripam, eoque legere aut quiescere
paullum sedata ad horam 6 tribus confectis miliaribus in pago
Fader ad Danubium sito diem unum & noctes duas pro intemperiam
aeris sustulimus: quarta vero Aprilis hora 2 noctis disesti-
mus, & ad horam 5 matutinam venimus

Straubingum.


Hae civitas est Principis Bavariae, quam ingressi sumus viatici emerdi cau-
sa. Hic enim par hybernarum chirotygarum: pithi enim aut
nocte frumenta copiosa in terra candidam effecerat. Habet
hic sublicium supra Danubium. Post quatuor miliaria occurrit
oppidum Deckendorff cum sublicio supra Danubium. Non longe
infra hoc oppidum fluvius Isera Danubium ingreditur, qui est
colore viridi: quem etiam in communicatione cum unda Danubii
diu retinet.

alsofort

Hinc quatuor emensis miliaribus, die Sabbati, eodem die hora 2
relinquimus ad dextram Pfiltzhoven oppidum nunc cinerum
cum subitio, habente cuius pars a cursum Danubii spectans
are tecta est, a fluvio Pfiltz ibidem fluente opinor deno-
minatum. Postea ad horam 4 1/2 confectis 4 mil. venimus
Pataviam: ubi divertimus ad Leonem violaceum jubaris auris
micantem, in platea portum spectante.

PATAVIA.

Vulgo Passavo sive est in colle elevato mediocri ser, cuius
Situs ferè talis est



Hic sunt tres urbes. Nam fluvius Enns ex alpiibus oriens, &
partem civitatis unã, civitati majori ponte ligneo bene longo
conjungit. Hic fluvius habet colorem viridem, amplè inditè Da-
nubium adaquans. Alius pons est supra Danubium ligneus, &
transmittit ad montes Bohemice. Ab illis montibus emittit
quoq; versus Patavium fluvius quidam niger Ilz dicitur, uno
tribus usque dioc.

Hic serviam Patavia partem oppidum scilicet Judicorum divi-
dens, & sub are Episcopali è regione Emi Danubio miscetur.
Ultra Danubium dua sunt artes Episcopi: una in summo montis jugo:
altera ad pede montis atq; confluentiam Danubii & fluvii Ilz.
Urbs ipsa in longum protendit, habens templum cathedrale nò qdem
valde amplum, verum formosissimũ: cuius pavimentũ est rubrum
& candidum in armor. Cathedra est ex candido marmore.
Vidi hic grande altare argenteum: corpus constans ex ebore
nigro. In superiori choro altare ligneũ solidũ notũ pictur:
gaud hominis ligneis admodũ longis vifit; Episcopus est Leo-
poldus Archidux Austria jurensis statura prælonga, sapientiã
Salomone inferior est. In vicino templi summi in quod
dam sacellam orationis ~~quidam~~ ^{nò} ~~quidam~~ ^{gratia} ~~gratia~~ ^{ingressus} fuerat: ubi
elichnia Lij, Cercos grandiores XXV ardentes, hora sexta
vespertina numerati. Audivi prætorũ concertũ Musicum non
satis ardentem. Pueros in super vidi: sex veste candida
in moem Angli cum duabus alis indutos, ^{singulos} ~~quos~~ ^{ipse} ~~tenebant~~ ^{scipra}
Gradus altaris in quibus pueruli sedebant penitus oblecterant
vasis inauratis pretiĩ inestimabilis. Ars & sedes Episco-
pi est magna structura templo summo adjacens.

v. April. qui fuit dies Resurrectionis Inmanuelis nostri Jesu
Christi hora 5 discessimus Patavia, & tribus mil. confectis
a Parte Septentrionali nò longe à ripa Danubii est vagrandis
petra; habens in medietate murũ parvum ex lateribus: qui
distinguit diocem Episcopi Patavici a possessione Casaris

AUSTRIA

hic incipit, olim Superior Pannonia dicta: cuius latitudo trium aut circiter dierum est: longitudo vero duplo maior: quā Danubius mediam secat, & multis aliis amnibus terram fertilem reddentibus alluitur. Hac regio per defectum seminis à Cesare Alberto filio habitata est, qui in imperio patri successit. Ingressi postquā fines Austria sumus per horas multas inter montes altissimos navigavimus. & hora 12 franchi sumus in oppidulo Ascha nuncupato. Audivimus hic in hospitio referri paganos quōdam Pontificum sacrificium cum contra dominū illius loci, tum contra voluntatem paganorū, vi à quōdam Barone ipsis obtinsum, interemisse. Hinc prandio sumto solventes hora vespertina venimus

LINCIIUM

Habet Linz Sublicium oblongum, & arcem in monticulo elevato satis amplam, splendore mediocri, nondum perfectam. Civitas haec nō quidem spatiofa, sed quae structuris aedificiorū satis est conspicua, & muribus famosa. In humili domo divertimus, sed lecto regali excepti sumus; cui simile excubile Principis Maximiani Heidelbergae stratum nō vidi. Nam lintea inferiora & superiora multis ordinibus accipita fuere ad latitudinem palmi humani.

V. die solventibus Linco, infra unū miliarium fluvius Draun navigabilis Danubium infuit. Ab hinc duobus miliaribus est insula, ubi est arx Spilversch dicta: ubi hora 9 matutina ob fluctū Danubianorum succussionem in praesentissimo vite discrimine firmus constitit, cum & fluctus ipse supra navem elevatus visus, et in navem q̄ insiluisse comperitus est. Spatio mediocri hinc disto ex Stiria fluvii orimidi Entz & Staer uterq̄ ambo navigabiles Danubium salutant. A postremo post quadrantem miliarium occurrat Mattfawerth, ubi Sublicium XXVI pilarum habetur. Confectis à Spilversch 4 miliaribus ad ripam Danubi nō procul est vetus monasterium, Germanis Vordoply denominatum: hora 12 septem Danubium, nostra lingua ördög gättya praeter navigavimus animo timore nimium percusso. Eodem die 20 miliaribus confectis

Danubio secundo, hora 7 vespertina appulimus in civitatem StALL decem à Vienna miliarium sitam, habentem Sublicium XXXIII pilarum, & cenavimus ad candidum leonem.

VII. April, paululum infra hanc urbem est urbs Krems muros cineta duplici, & apprimè factis propugnaculis spectatissima, & hora prima pomeridiana Viennam salvi attingimus, ubi divertimus ad aureum usum in platea alba floris mark dicta.

VIENNA

Celebratissima Austria metropolis sita in colle paulisper elevato sicut patet ingrediēti à Danubii portu: hanc à Septentrione

alluit Danubius derivatus, ab omni fluvio Vienna, urbs fam-
pla & dives cum longis submbris. Murus quibusdam in locis
est simplex, quibusdam pro duplato aggere, lata fossa & propu-
gnaculis amplissimis late spectandus: cuius etiam summa propugna-
cula triplicia. Arx Archiducis est ad meridiana in his pan-
tem splendida. Supremum civitatis templum est S. Stephe-
no dicatum, magnum, splendide viridi & rubra tegula tectum,
habens turrim praeterea unam ex lapidibus sculptis artificiose
nobilem, haec continens horologium integrum cum quadrantibus.
Templum habet columnas XII, organa duo. A plaga meri-
dionali non longe a foribus haec legi.

Nobis haec gelida Wolfgangus condidit urna
Cui bene cognomen Misina clara dedit.
Arcti cohaeret divinum pectore numen
Sincerae fuit religionis amant.
Consiliis sapiens heroica lumina flexit
Magnatis mira dexteritate regens.
Ingenuo clarus varios possedit honores,
Principibusq; vivis gratus ubiq; fuit.
Exitit in miseros facili tum munere largus
Pauperiem prompta saepe levante manu.
Xunc exhausta caro requiescunt ossa sepulchris,
Spiritus aetheras sed colis ipse domos.

91
Expectat christi latissima iudicis ora
Gaudia perpetuo quo duce summa feret.

Circa majus altare.

Participem casus quem Caesar habebat in omnes,
Quiq; Palatino fulsit honore Comes,
Mente tenax, virtute nitens, gravitate verendus
Sinceraq; colens iuraq; piuraq; fide,
Xunc tumulo Volfrange iaces, sed fama perennis
Vivit: & aetheras mens nitet alta polo.

Ibidem e regione.

Anno ab incarnatione Domini 1340 in octava Pa-
scha consecratum est hoc altare a venerabili
domino Alberto Ecclesiae Patavien. episcopo,
in honore S. Stephani Protomartyris & San-
ctorum, quorum reliquia hic continentur & sunt
ista. De ossibus S. Stephani. de lapide cu quo
lapidatus est S. Stephanus. de sepulchro domini, de
praesepe domini, de amabulis domini &c.

Academia celebris illa in angulo urbis ad moenia sita est.
ostium versus. Collegium Jesuitarum satis splendidum cum
templi grandi & turri minori: ubi in pariete cuiusdam do-
mus circa mortem haec leguntur.

Aucupis horrendi fatale retia cerne,
Aucupium cuius nulla fefellit avis.

Verum hoc collegium dominica Quasimodogeniti, quae inci-
derat in 22 April. sive 12 juxta veteres fastos fere fun-
ditus igne arsit cum templi tecto, turri, horologio & campa-
nis. Sex diebus Vienna ob comitum defectum morati su-
mus: 23 vero Aprilis discessimus: & ad sequentem militem
occurrit hortus imperialis muro circumdatus, ^{qui} propugnaculis
& aethivis hypocaustis, amplitudine fere urbem aequat: quae
ob summam firmitatem a longe instar urbis ap-
paret. Posonium tendentibus in monte sese conspicien-
dum nobis praebuit collis a Matthea quondam Corvini militibus
opere immunitatis excitatus, qui in ascensu habet LXXIII pas-
sus. Hinc conspexit Vienna eleganter.

Emensis octo miliaribus occurrit urbs muro circumdata
Hamburg,

92
Sita ad Danubii ripam duobus à Posonio mil. distata. supra
portam videtur septem globi, à Matthea Rege Ungariae
anno 1481 obsidionis tempore è Bombarda, ut fama est, eò iacti.
In montis vertice habetur arx inaccessibilis, univèrsa Austria
Ungariae conspicua. Post duob. ab hac urbe miliaribus
Danubium ad Posonium transmeandigavimus, & hora 4 ingressi
Posonium, divertimus in hospicio ad Salyrum.

P I S O N I U M

in Danubii ripa situm est à Pisone Romano, qui Ungaris
quondam praefuit, sic dictum, habens arcem in monte macedonis
nunc splendoris, & cochlearum XCIII passuum. Urbs ipsa
muro duplici cineta, vallum unum sed grande tet. In supremo
urbis templo ~~pariete~~ in rubro marmore parieti applicito haec
leguntur.

Illustri heroi NICOLAO PALFI ab Erdöd.
Petri filio, Comiti Posoniensi & Comaromiensi,
L. Baroni in Vereskö & Stompha, equiti
aurato, regii Cubiculi in Hungaria magistro,
Rudolphi II. Imper. Rom. & Regis & Consilia-
rio & Cubiculario intimo, Hungariae cis
Danubium generali, Praesidio Strigon. Comaron.
Uyvarien. Posonien. Supremo Capitaneo,

cujus par generi & titulis virtus, rem
ungaricam difficilissimis temporibus cum omnium
admiratione & gratulatione conservavit &
amplificavit. die 23 Aprilis ipso S. Georgii
profesto Ao D. MDC pie defuncto, cum
vixisset annis 47. m. 7. d. xiiij. Maria Fug-
gera Kyrchberga & Weiffenborri Ba-
ronissa, marito de Repub. deq. se optime
merito cum VIII superstitionibus liberis mor-
rens P.

Ejusdem Herois viva facies ex candido marmore itidem
Sculpta visitur.

In altero templo monachorum.

Epitaphium egregii viri Petri Farkas Patritii
Cibiniensis Transylvani, Cas. Ferdinandi &
Maximiliani aulae familiaris, & Camera Un-
garicae Secretarii, qui obiit die 27. Martii
Anno 1571.

Cui gemis & proavis patriam charosq. parentes
Patritios dederat Cibiniense solum:
Hoc situs est tumulo Petrus cognomine Farkas
Fata extra patriam quem solvere mori.

Ut caperet magnos (quos non ibi ferret) Francos
Publicaq. illius res fuerunt in ope.

Ut his interea Ferdinando & Maximiliano
Ille duobus in hoc Castrisq. foret.

Ergo hinc Ungarici secreta negotia fisci
Credita quae summa rexit & ille fide.

Ille Deum reverē coluit subvenit egenis
Comis & ingenue fidus amicus erat.

Quid moror illius virtutes dicere verae
Exemplum felix integritatis erat.

Uxor Apollonia & nati signum sepulcrum
Hoc tanti memores hic volvere viri

Ejus per Christum (cui fidere novit) in alto
Mens coelo-vitae gaudia vera capit

Ecclesia reformata templo caret: verum ad Curiam ampla domus
est ejus rei aedificata: ubi etiam die Georgii concioni audientiae
interfui. Hic etiam veterem sodalem Steph. Kegelman
jam conjugatum sum allocutus.

xv. Discessi & confectis 3 mil. Szenczinum ivi, cuius templum
est ad initium oppidi in colliculo cum horologio in turri supra tem-
plum. Hoc oppidum Haidones tempore rebellionis igne funditus

absursum: & hinc primum reatificari, additis inguiculis,
caeperant. Hinc post tertium miliaire Tironiam
salutarissimam, quae est in plano sita, cum muro simplici, vallo
& tenui aggere, & panis propugnaculis. Compellunt
monachos Leucophaei colonis: & veterum cohabitatorum
in Schola Parakina Steph. Telekesi: jam moratum
factum salutari: sed audi, & hinc & illos turpis mendacii
reos coargui, regentes Telekesium monasterio illi inhabita-
re, quem tunc ego post sermones ultro utroq; habitos agi-
vi.

XVI. Tironia discessimus & duobus mil. emensi Galgoin
Turonis ad fl. vagum oppidum petimus, illic toto die com-
sati sumus. Habet hoc oppidum castrum in monte. Proterea
Scholas Ungaricam & Sclavonicam, cum Ecclia Germanica.

XVII. ante XXVII post quartum miliaire ad horam X in Tapot.
Ran grandium sumimus. Hoc oppidum in plano situm spectat
Sijfuntum Forach. Hora vero 2 in pagum Ribam
fluvio Delta vadatim transivimus. A mane
ad crepusculum vespertinum 8 mil. confectis oppidum Privik
petimus, ibi noctem egimus.

XXIII. Mane in pago Nedosiv 12 comites ascivimus
& montem praetium transivimus hora X Totprona
apud subditum Generosi mei grandium sumimus. Hora 4
oppidum Szent Marton luto sum pertransivimus.

94
Hora VI oppidum Stuchan petimus: cuius parte qua
montes spectat distributionem temporibus nebulones existerunt.
Hic praefuit löfregi Lukach praefectus Pauli Nari, qui
ad multam etiam intercessionem comites itineris doro replevit.
XXIX die. XIII comites comparans pro flor. 1. per phatram
ego phatram nebulonem rebus dicerem pacifice transivimus.
Meticulosa loca sunt pagi Kratiova, postquam fluvius
Arva cum impetu descendit. Sequitur Szankova, ubi subli-
cio fl. Arva transit. Hinc exiit Gombas, huius etiam
campi intus sunt a latronibus. Ad horam prima sublio
vagu transivimus oppidum Rosenberg grandendi
gratia ingressi sumus. Hinc abeuntes, pagos Liszkova,
Liebla, Bizinova, Szvetimaria, Szent Mik-
los vidimus, & in postremo per octavimus.
XX. ad horam XI. Luchainam petimus, & a grandio
iter continuantes, salvi & incolumes Keismarum & nostros
salutarissimos. Et sic cum Deo iter coeptum feliciter absolvimus.

CARMINA IN REDITUM

nostrum, a diversis scripta
partim Gortiel, partim Heidelbergae

AD

ILLUSTREM ET GENEROSUM
Baronem Dn. Nicolamm Theokoh, Dn. in
Leifmarck, Ephorūq. D. Steph. P. Miskol-
cium Baronis fideliss: ex Augusto Gortien-
sium gymnasio in Illustrem Palatini Electoris
Academiam discedentes, Amicorum

NOTA.

FLORA coloratis caput exornata corollis,
Atq. soror spicis tempora cincta CERES
Dum mundi renovant faciem, passimq. per agros
Ostentant TERRÆ floridioris opes:
Magnum iter ingrederis, socio CHIRONE fidei,
O vel NARCISSE FLOSCULE floridior.
A! felix omen! Sub optima tempora messis
Quod nobis iunctæ FLORA CERESQUE dabunt,
Post ver ætatis dabit id maturior æstas,
Quando revertentem PATRIA suscipiet,

Quae discedentem nobiscum moesta relicta
Insequitur votis omnibusq; bonis.

Qui Musis tenere ver sacrat amabile vitae,
Nil in eum juris Mortis habebit hyems.

Christophorus Arnoldus
J. V. D. f.

ALIUD

Hoc meritum fueras, nostri dum tecta Lycei
Incoleres, Generis Flus Generose tui;
Ut sequar omnibus faustis, votisq; secundis
Tendentem ad cygnis apta fluanta Nicri.
Numine propitio vade & felixibus astris:
Quo tua te virtus spesq; paterna vocat.
Non ignota bonis spes, quam vigor entheus in te
Erexit: pleno persequere hancce gradu.
Quamvis viam pulchre virtutis & artis inisti
Haec te ad virtutis cubmen & artis agat.
Sic erit, ut dum calce teris vestigia Patris,
In Nato superet fata futura Pater.
Sic erit, ut strigi magmentum accedat honoris,
Gloria certa tibi, Pomponiae aucta salus,

Quod possum: precibus gnara astra fatigo viarum
Vel potius, summum qui regit astra Deum:

Ducat ut usq; via pietatis, ducat honesti
Tramita: & usq; tibi Numine dexter eat.

Certa fides. teris populorum Victor abibus
Spectatis. fove praevia lampas erit.

M. Eliae Cuchleri. P. L.

ALIUD

Siccine propositum est alias invisere terras?
Alteriusq; sequi, docta Lycea soli?
Nec tua mens domis Sortis contenta secunda est?
Nec clari curat nomina magna Patris?
Ni bona fortuna summis virtutibus ornes?
Ni superes manum nobilitate genus?
Haud frustra bona namq; animi tutissima gaza:
Cetera fors avida datq; rapitq; manu.
Divitias fortuna agitatur temeraria: virtus
Permanet, atq; avidos effugit una rogos.
Ergo, juvante Deo, Nicini proficiscere ad undas
Fertq; animo forti fardia longa viæ:

Scilicet ut sacra cognoscas penetrata Phoebi:
Mouibus & redeas cultior inde domum.
Tum varios hominum mores, positusq; locorum
Observans, vitas damna, pericla, dolos.
I pede felici; superis comitatus ab humis:
Addant Dii vires in mea vota suas.

Te jam Magnifici juvenis compello, MAGISTER:
Foedere amicitiae qui mihi junctus eras.
Scis, erat in votis: ut vos comitarer euntes,
Sors aliter cecidit: fata sinistra vetant.
Ergone non sequeris, dices? nec carmina promis:
Quae firmum nostri foedus amoris alant?
O si Jova parens oculos hinc verteret aequos:
Acciperetq; avida (pia) supplicis aure preces:
Per juga, per Sylvasq; comes fidissimus irem,
Sicami sequerer per fera saxa maris.
Non me terrerent alpes, non Caucasus horrens,
Non Scythiae glacies & sine Sole domus.
Res obstant fractae: tenuis fortuna retardat.
Dira lues fera longius ire vetat.

97
Si certa est igitur vobis sententia, Nicri
Ad latres vestros postmodo ferre pedes:
Vos pede, quo possum, quamvis non passibus aequis
Prosequor: & fundo vota precumq; Deo.
Vota precumq; Deo fundo: quo corpore vires
Servet: & Aonio pectora fonte riget.
Ergo iter ad coepitum, Stephane, hinc contende: Corollam
Jam clara Phoebus recit in arce tibi.

Johannis Fikert:
Farkassalvami.

ALIUD.

I, sed non abeas animo gratissimè nostro:
Exspeto amicitiae foedus inire tuae.
Atq; non longè juvenis generese recedes
Hic tua nam virtus, gloria, semper erit.
Dignus es, ut semper posthac celeberris in urbe:
Dignus es, ut quisquis te reverentè amet.
Vive diu felix, nostri non immemor olim
Utq; diu possis vivere, ritè vale.

Petri Biskupski Poloni.

Apobaterion

Reverendo & doctissimo viro, Stephano P. Mij.
coleino, cum post laudabilem Scholae Tart.
stratim gubernationem, ad Ecclē Szereciē-
sis regimen abiret, scriptum à P. H. Z.
Ecclē Tart. Sacellano. 1608. 12 Xbris.

Si mecum reputo, vir è doctissime, quantos
Pertuleris, quantumq; domiq; forisq; labores
Doctrinae causa, ut post te Spectares merum
Turbam, atq; ut posses aliis prodesse docendo
In Scholis, atq; etiam, si res sic postulet ipsa,
Et cathedra populum divio pascere verbo:
Demior! simul & grates persolvo Tonanti,
Has tibi qui vires atq; oia praebuit olim.

Credo ego quod quoties precibus Deus ipse petitus,
Hoc sanctum, sanctisq; placens volum exiit ore:
Mi Pater! in patriam si saluum duxeris ipsam:
Quis mo exornasti, Sancto confesso labori:
Et vitæ cursum expendo tibiq; huius.
Tu comes voti: voti, partem exolvisti:

Nam Schola se vidit certe artes nostra docentem
Senasq; atq; anni spacio: doctus & ultra
Si fati series tibi permisisset, amanter.

Ecce Szereciam, Deus, atq; Ecclesia Christi,
Ad vulganda sacra sacra te mysteria verbi
Avocat: hisq; partes: voti pars altera vestri
Haec est, quod satagas persolvere corde fidei:
Hoc grave mi imprimis, qui tanto prior amico:
Durum aliis: grave tibi quae esset sacra Minerva!

Sed quid? Num senem fatorem evellere tutum?
Aut facere, ut voti reus invenire morando?
Non est. Ergo ubi te nulli revocanda per orbem
Fata vocant, animo de te haec contamus amico:
Alme pater, curis, variisq; laboribus actis
Da requiem, vitam facilem, dignosq; laborum
Exantlatorum fructus: te sentiat ipse
Esse Patrem: voti da partes impleat omnes:
Et tandem expleto cursu post tempora longa
In coelum, patriam redeat sitibundus amatam:
Gaudia perpetua capiat Chroq; fruatur! Amen.

Meditatio passionis Domini, decan-
tanda ante festivitatem Paschatos.

Tarōsalini, 1608. 24 Martii. D.

Tibi laudes recinamus, tibi grates,
meritorum memores Christe tuorum,
quia technas repulisti Satanae victor et ora.

Puer istam ad genitus luminis auram,
sine fastu, sine pompa, sine veste,
stabulo in paupere noctis medio frigidioris.

Fugis Herodis egenus trulis iram,
sola Nili pro fugus pergis ad alti:
Galilae nec presso repotens rura tyranno.

Sacra Jordanis ubi perluit unda
caput, imple superi jussa Parentis,
procul Evangelii luce fugans impietatem.

Sohymas orbis adis trimina propter
fera mactandus, & atrā perimendus
noce, suffragia plebis, Caipha sentis & Ammā.

Cruce post verbera suspendaris altā,
animam efflans vacuā conderis in urna,
redivivus triduum post caput effers super astra

Tege Victor laceros quae sumus humnos
tunicā, ne si leas, integritatis,
mala post plurima fessos recrea pace cupitā.

Tibi pleno hoc schola nunc Tarōsalensis
recinit gutture carmen. Cape Christe,
quia technas repulisti Satanae victor & Ora.

Publica Ecclesiae Niscolcinæ
oratio, carmine comprehensa, anno
1612, mense Julio, et ad eandem
cum superiori oda melodiam decantata.

Paradyfi, maris, orbisq³ Monarcha,
genitor virginis in prole priorum,
agit Ecclesia puro sacra de pectore grates:

Tua quod dextera defendit ab hoste
truculento viduae tecta Sarepta,
tenebras noctis opacæ removens sole malignas.

Animam, corpus, & istam voluisti
oculis cernere damno sine lucem:
agit Ecclia puro sacra de pectore grates.

Humili supplicat exinde Parenti
animo, sole vehut lucificasti
patulum flammigero orbemq³ timore inde fugasti:

Ita mentem radiis flammis almi
tenebrosam rutila, disjice teclmas
Satanae, lapsibus aurem facilem cede nefandis.

100
Sit ut omnis labor, oratio, mentis
meditamen, tibi laudi, emolumento
Sua qui nomina Christo dederunt coelipotenti.

Semel Evangelii cognita semper
niteat lux sacrosancti, male suadam
anime pelle famem, ne rabies enecat Orgi.

Columensis Deus orbis universi,
rege Reges, civitates, fora, templa,
famulos Martis, & almae benedic Christe catervæ.

Paradyfi, maris, orbisq³ Monarcha
tibi nos has amimus pectore voces,
mala post plurima, ut Humos recrea pace cupitæ.

Pro turri Liscensi, cujus fundamentum jactum est.
anno 1632, 26 Augusti, die Jovis.

Dens almae
Auspiciis hanc Christe tuus, fundamenta turris
Hujus orans posuit, tua post natalia, clavis
Plebs Liscana atavis, expensis pluribus: anno
Mille & sexcento post terdenoq³ secundo:
Bis denos numerans Augustus tresq³ dies bis.

Orationes et carmina in Schola
 Patachimensi & Gorlicensi Lusariorum
 dictae; nec non in gymnasio
 Tartzaliensi Auditoribus
 propositae,
 ab anno 1600. ad 1618.

CARMEN DE SPIRITU
 SANCTO

Peroravi in festo Sanctae Trinitatis
 18 Maji 1600 Patachimi.

Pneuma Dei sanctum recinam, qui temperas axes
 Igniferos, micidumq; jubas, niveumq; Dianam,
 Fluctuomumq; fretum, terram Sylvasq; comantes:
 Atq; cuius, quando, emis, Cur sis missus ab arce
 Aetherae, tenui modulabor arundine Musae.

Exordium
 ab ipsa re.

Propositio
 quadrimembris.

Nunc in Sinu Patens, cui parent orbis & orcus
 Huc ades, atq; meum, titubantem in gurgite lembum
 Dirige: ne tumidis sis barbara praeda procellis.

Invocatio

Vos quoque Pegasus comites, Charitumq; ministri,
 Ore favete omnes, vobis ego voce preiubo.

Petitio.

Postquam coelipotens a funere Christus acerbo
 Surrexisset Satanae fabrilis vincula rumpens,
 Vivum discipulis sese monstravit amandis:

Quando

Inq; super elari Christum monumenta trophaei
 Edentem, auricomos spectantur lumine cuncti
 Discipuli atq; manu validi vestigia clavi
 Palpare, dein Cerealia dona palato
 Mandentem tenero piscem quoque faucibus assum,
 Nectareiq; favi redolentia mella trahentem.

Jan. 20 - 27.

Luc. 24 - 43.

Poss ubi jam manifesta pro signacula popello
Rite dedit Chris: tandem sic ore profatur.
Corpore vos Solymis conuordes sibi quaeso
Fœdera pelliferiq; patris Solemnia promse
Expectare polo donec descendat ab alto:
Ingentiq; eritis quando virtute potiti
Flammis ætherei, testes mihi sibi firmos
Vos Solymis, mundi atq; novissima climata adusq;

Vix ea factus erat, nitidi fastigia olympi
Summa petis, liquidatq; occludunt æthera nubes.
Discipulis sermo hic patulas ubi semis in aures
Obstupere animis gelidusq; per rima cucurris
Ossa pavor, Solymis comunia tecta capeissent,
Concordes pariter precibus iuuenesq; senesq;

Quinquagesima ubi nitidum iubar extulit eos,
Tumba sacra Deo Solemnia festa parabant
Legis ad exemplar Moses quam protulit olim
Fastidius populo montis de vertice summo,
Inserat Zephyrus Boreas, Eurvsq; Notusq;
Concutunt coelum magno quoque murmure miscent
Flatibus, atq; domus rapidis penetralia complent.
His actis subito indocili rudiq; carcere
Discipulum flamen stolidæ inconstantia mentis
Semina dispellers, rubicundo & nectare potans
Multiplici incipimus præconia farior ore
Summa Dei, cunctis mysteria fauce canentes.

Cur fortasse roges non gratia fusior almi
Pneumatis æthereis descendit sedibus ante
Quam pedecunq; potens celeri fastigia olympi

amor dari potis
ing, cum ubi nov
seti affusis a se
no chri si. v. h. s. q.

Scanderes igniferi? Sic namq; sacerrima quondam
Scripta Prophetarum cantarunt: flamen ut esset
Publicus exhibiti testis christi, atq; Parentis
Esse Dei sobolem, similem, visaq; Latorem.
Proxima subsequitur ratio hanc: Ecce Chri
bis se sibi ut melius speraret amanda, nec orbam
se fore conciperet, memori mage verba notares
Corde Dei, qui talia factus ab ore est.
Vivo ego, te donec Tellus Astlasq; fretumq;
Durabunt, cernā sacrosancta recta ocellis,
Neque famescendum parat, prædam esse luporum.
Nulla dein Solymis matrumq; parumq; caserva
Tunc erat, & citius loeruna ad climata mundi
Extrema coelestis currebat flammis usque:
Credibile est lepto Pater Augustinus ab ore
Quod cecinit quondam diuino numine adactus:
Pneumatis ut sancti sis missio consona legi
Coelius Hebræo missa per cuncta popello.
Tunc quia petrosus lex est conscripta tabellis,
Pneumatis est hodie egregia virtute potiti
Exultant animi, sanctum quoque numen adorant.

Sic cecini Tempus, Personam flammis addam.
Multa Prophetarum celebrant oracula sacrorum
Pneuma Deum verum Gnato similem esse Patriq;
Aeternumq;, simul simili deis ase colendum.
Ipse etenim vitæ Spirator solus & unus
Spiritus est Gnatiq; Patris, pelagusq; bonorum
Atq; Deus manans Gnato atq; Parente decens.
Mundi etenim Moses scriberet cum corniger orbem,

met. ul.

3

4

quis.

Hunt Super aquosae volitantem concinnis undas. Gen. 1.
 Spirantem & facilem rebus crescentibus umbram.
 Paulus & eloquio sic clarus Aptus infir.
 Turba pusilla Dei vos templa sacrata Tonantis.
 Estis & in medio requiescit Spiritus ecce
 Pectore: neve Dei mortaliū concipis ullus
 # lamina arana, atq; Domini coelig Monarcha
 Pnuma per ex solio sanctum parefecit eburneo.
 Traxinus ex picto nos flamen amoris olympo
 Roboris, & mentis multum vis acis acuta
 Celya idem scrutans huncq; Deūq; profunda.
 Conspicit humanū genus & precordia sana.
 Doctrinam profert lasē & ventura revelat.
 Cuare pū fassant; eum credantq; necesse est
 Esse Deum, aeternum pariter Gnato atq; Parente
 Distinctum: usq; Patris Gnati est hic Spiritus unus,
 Unus sic idemq; Deus sic Pnuma Sacratum.

1 Cor. 3-16
 Rom. 8-9
 1 Cor. 2-14
 v. 10.
 Rom. 8-15.
 2 Tim. 1-7.
 1 Cor. 2-10
 Act. 5-9
 1 Pet. 1-11.

Hac celebrata tenus, Cuatis sic ab aethere missus

Spiritus & quando, tenui licet ipse camsera:
 Pnuma quibus sanctum venit jam carmine pangam.
 # lamina sidereo solium tu eceta olympo
 Sancta beatorū subitō veniente potivis.
 Quo tamen hocce modo jam sic donata requiris?
 Hocce libri docuere sacri: nam plura renati
 Munera, pauca dein simulato corde maligni
 Accepere, fide intemerata nempe carebant.
 Namq; fide & precibus Flamen retinet, us olim
 Plalmographus cytharā David cantavis eburnā . Ps. 51.
 Inq; Dei cultu sanctos faciundo profectus.

Cuibus.

Doctrinam pariter pariter meditando Supernam.
 Terrigenū est aliquis coelesti numine dives?
 Image, crede mihi loqueres evit. Jus at est quis? Mat. 25-29.
 Jlicet id quod habet dependet sic nisi fidus.
 Pnuma quibus cecini: referam quam venis obrem.
 Postquam sancta polo divini numinis aura
 Venit, ut innumis totum virtutibus orbem
 Uberrim impleat: nunc qualia forse requiris
 Munera Aptiora mittat nobisq; phalangi?
 Spiritus ille hominū pax & divina voluptas
 Lumine terribili mentes caligine septas
 Aethereo irradiat, Phoebicā lampade lytrans.
 Ille voluntates renovat, mensesq; reflectit,
 Ut Domini monitis faciamus digna sacratīs.
 Illustratq; pios sancta agnitione Jehovah.
 Mystica vera Dei soboles quae dixerat olim
 Suggestit, adq; viam ducit virtutis apertam.
 Corda renatorū ille regis linguasq; gubernat.
 Is valido nexu cum Gnato eunq; Parente
 Copulat, & moestos blando sermone salutat.
 Ille animos flammā firmat ne forse labamus
 Tentati pavidō violenti daemonis astu.
 Ille petultra pūis cunctis peccata remittit,
 Chnisticolae ut cernant complurima praemia vitae
 Ille dat, aethereo potat quoque nectare justos.
 Domique quantus amor sic sancti Flaminis & vis,
 Non, mihi si lingua centum sint totq; labella,
 Aenea vox, celebres flatus comprehendere honores

Cur.

Cunctaq³ donorum pervenire nomina possem.

Ne longum faciam. Nunc te spirabile Numen
Qui moderaris opus triplicis mirabile mundi,
Cujus & hocce die celebrans sacra dona Camoene
Alloquor, o Musis largam concede venam.
Qua sumus optato solatia tempore praesta,
Invalidis, coetusq³ sacros ardore foveto.
Tu recrea afflatu praemortua membra sacro.
Tu firma pauidos & opis coelestis egenos.
Tu rege discipulum faucesq³ manusq³ morum.
Pelle procul Satanam propria virtute malignum
Tu Mahometigenum & gladios, Scythicamq³ Sagittam
Contere, in vicinos tenebrosos solve catas.
Frangere simultates, gladios averte minaces
Pontificum, esuriam, morbos procul orbe repelle.
Fac furor ut Martis cesset, redeatq³ rogata
Pax miseris, dulcisq³ quies, curisq³ soluta,
Fessa laborantum reficiat quae membra virorum.
Effice praeterea fragiles dum liquevit artus
Spiritus, aeterni sis portio magna Tonantis.

41
EΠΘ

in discessum Stephani Raczkevini collaborato-
ris. Anno 1600 14. Maji.

Quis tu qui moestos moesto sermone salutas?
Et lacrimis plenos fundis ab ore sonos?
Tunc levnie decus Stephane & nova gloria vatuum
Thespiadum, celeri nunc pede abire paras?
Heus modo cur satagis Patachinas relinquere sedes?
Limina Palladia (proh dolor) atq³ Scholae?
Num te dura fames premit & penuria num te?
Exiguosq³ tuus num micat igne focus?
Non equidem esuries premit haud te turpis egestas,
Flammivomusq³ tuus nam micat igne focus.
Immo Deo pares, cui parent amicta, vocanti,
Nec remis tanto digne vir officio.
Digne vir officio & sacris exulte Camoenis,
Unquarios satagis nunc pede adire lares.
Dignus eras longos Emerici iussa per annos
Uyfalvi ingenio, discere, dignus eras.
Gratus eras pueris, lepidis gratissq³ Camoenis
Gratus & empyreo, qui regit astra, Deo.
Exemplar casta fueras pietatis & autor
Iustitiae, dulcis pacis amator eras.

Informator eras puerum, juvenumq; corona,
Gymnasii Phoebus. Cynthia solus eras.
Luifer in nitido fulget velut unus Atlante,
Sic Stephane hic Paphius Luifer unus eras.
Quare ago siste tuos gressus, remaneto parumper,
Si vacat, & querulos imbibito aure sonos.
Docte Kevinæ mane, amplexu ne subtrahere vulsum
Pervutilum nostro, docte Kevinæ mane.
Ast tibi ne longum pariat fastidia carmen,
Desino, dum paucis dulce precabor iter.
Perge igitur Jovæ comitatus numine, neve
Te Notus insanus jam remoretur aquis.
Perge bonis ausibus teneram informare juventam
Moribus, ingenio, religione, fide.
Ito Kevinæ decus Stephane & nova gloria pubis
Anguaris celeri jam pede abito, vale.

Pro discessu
Martini Szerdahelini. 13 Junii. 1600.

Tu quoq; gymnasii cultor Martine celebris
Pattachia satagis hinguere tecta Scholæ?
Jamne tuos quos longa dies conjunxit amicos
Deseris, ô nostri parsq; deusq; chori.
En jam tempus adest, post tardia longa laborum
Sol jacet ante tuos Szerdahelie lares.
Fata vocant subito moderari tecta Lycei
Cubmia Zempleni hinc ingenuumq; gregem.
Doctus es, indocta confer documenta juventæ
Grata Deo, & fidam corrige voce Scholam.
Terret Aristarchus, gravis & conditio vita,
Undaq; Bothogii, Zempleniq; sinus?
Solve metum, atq; hilarem Martine exporrige frontem,
Nil nocet ingenis fraus inimica viris.
Esto memor veræ semper pietatis & æqui
Signaq; Pattachia condecorato Scholæ.
Sic erit Hercules studiorum ferre labores
Perfacile ac vitæ gaudia chara sequi.
Date decus nostrum, Christo duce & auspice Christo
Zemplenis ad eas Szerdahelie lares.
Vive diu felix, insignia stemmata semper
Sit Christus pius, religio atq; fides.

Ecloga in nuptias Emerici L.
Uyfaluini, Scholae Patachinae Re-
ctoris, & Susannae Szölösi Sponsae.

7. Kal. Julias. 1600.

Choraulus & Philomusus.

- C. Dic Philomuse gradu celeri quo tendis amice?
P. Ad te missus es fidibus sacrate Choraulus.
C. Tempora cur roseo cingis flauentia seruo?
P. Pensa virum docuit Lex exornare coronis
Tadarum famulos, nova fertur quando' virago
In thalamos Sponsi, Latum Pæana canentes.
C. Quis rogo nunc hilari celebrat connubia plausu?
P. Est uir Hungariae celebris, quem Bodrogus undis
Alluit, hancce Patach proprio sermone vocamus,
Dives agris, opibus, Baccho, campisq; ferisq;
Gymnasium hæc quondam toto celeberrimum in orbe
Struxit, Maoniis resonat quod rite Camoenis:
Huic regit extensas dextra Vir doctus habenas,
Discipulis mitidos haurit de fonte liquores
Thespiadum, & vitæ tradit præcepta regenda,
Is nunc a Sponsa celebrat connubia plausu.
C. Quis neomympus is est quali & de sanguine cretus

Fore age, post Sponsa nomen charoq; Parentes.
P. Est regio a' ducibus vocata Baronia prisca
Cui prima Hungaridos partiti iura fuere:
Hanc Bacchi & Cereris dominam Babylonius iter
Irrigat, hæc apibus locuples bobusq; caprisq;
Villa nova, nigenua genuit de stirpe parentes
Sponsi, usq; æthereas genitrix emixa sub auras
Infantem est, hunc mox Emericum nomine dicit:
Firmat idem sacra post paullo' aspersio lymphæ.
C. Conuenit hoc Sponso nomen bene quadrat & omen,
Cognitus est etenim mihi parte Emericus ab omni.
Tu Nympham Philomuse citius depinge pudicam.
P. Quanto candidius coelo inter sidera fulget
Hesperus, Oebalios inter cœnilia flores,
Falsiq; rosæ, calthâ decus eminet ipsâ,
Ceuq; Venus præstat Nymphas, Neomympa Susanna,
Tanto formosas superat pietate puellas.
C. Heu miranda refers, nec nostris amibus hausta,
Non hæc ferrigenum prognata est virgo cubili,
Corpore si tantus decor est, Splendorq; Labello,
Pumpuro ast Superum sata sanguine virgo Susanna est.
P. Non equidem diuim prognata est sanguine Sponsa
Magnanimum, quamvis præstans sit corpore diua:
Aer erat egregia ornatus virtute Susanna

Progenitor, Lucas quondam de nomine dictus
Scöloſius, cui Parca ferax fera stamina vitæ
Sulcavit, genitrix solis pia lumina cernit,
Orbaviro, hac & adhuc vitali vescit aurâ.

C. Jam tenes sponſum, formam sponsæ atq; Parentes:
Tu modo fore precor nostros intrare penates
Cur satagis? nostrâ fortasse caretis opellâ.

P. Sic equidem, Sponſus vocat ad sua gaudia quippe,
ut cytharâ exornes hymenæia festa chorales
Lesbiacâ, & solitis salibus conſperge viros, qui
Arida præduli sparserunt guttura Baccho.

C. Ibinus. At sponſo nos qualia dona diserto
offerimus, celebres queis condecoremus honores?

P. Portabunt alii turget quibus arc. crumena
Divitias Croesi & splendentia dona metallo
Dalmatico, hinc Cererem, Bacchum, volucrasq; feraſq;
Ass ego Pegasidum recolo qui tecta Deorum,
Carmina nunc paribus pedibus compoſta Magistro,
Offero condecorans hymenæia festa, diserto.

C. Nec mihi Persiacis turgescent sermone gazis,
Quin fera pauperies hoc detestabilis ævo
Me premit, & atq; famas sic mandere cuncta coëgit
Pestifera, ut cytharâ nil sis mihi præter omniſum.
Si placet Odrysiis fidibus solarier ægra
Pectora, si Nympha lepidas de more choreas

Ducere avent, resonas habili nos pollice chordas
Iungimus, atq; melos resonamus fauce canorum.

P. Jam Paramymphus adest, chehyn accipe, suppressive vocem,
Nos vocat, ire jubet, celebres ne pompa tumescat.

Ibinus: & quando tædarum intrare penates

Cogimur, optatam cunctis optare salutem
Nos decus ipse monet, sponſo & benedicere sponsæ.

C. Tu Philomuse firmus pompam sermone venustam
Alloquere, atq; novo tandem felicia sponſo
Alternis dicemus, amant alterna diserti.

P. Salve Symposiarcha vigil, nova gaudia mente
Concipe, histitiam Stygiis procul abde latobris.

Jam venit, a tergo est, fidibus decorate chorantis.

Vos quoque Presbyteri, Superi sacra iussa Monarchæ
Pendentes, animum modo gaudia mille pererrent.

Gymnasiarcha quis es? nova gaudia pectore carpe.

Vos quoq; stemmatibus proavorum ornate propago
Pulchris, lætitiâ exultantes corde ciete.

Urbicola, cives, plebs inhyta, vos peregrini
Solvite multiplici modo júbila solvite voce.

Tu quoq; Nympharum & mulierum ornata caterva
Lætitiâ nova signa date, & date corpore plausus.

At vos Pegasidum comites alacresq; ministri,

Dicitur doctissimo Latino Praeceptorum Magistro.

C. Incipe jam Philomuse sonos benedicere sponsis.

P. Ergo ut nacta virum virgo vir virginem adeptus
More sacro ingenuam, praestanti & corpore, vultu
Efficiat Dominus florentes pignora Jovis.
Regia cum splendent penetralia ultra ministris,
Flex exornat ramos cum glandine nigra
Contecoret gnatis sic vos venerabile numen.
Unus amor jungat castissima pectora. Lumen
Sic Emerite Dei cernat te, regis Susanna.

C. Caelipotens	Frates	Parach	Aonidesq;	Sodales
Fortinet	Decorent	Portet	Modulentq;	Opulent
Conjugium	Thalamum	Munuscula	Carmina	Vitam
Exhibitum	Celebrem	Preciosa	Decora	Sacratam.

Poetica facultatis
encomium pro oeco.

recitatae. 18 Febris 1600.
Patactimi.

Quis faciat celebres mitior oris mensq; Poetas,
Luce poëmatibus tribuat gloria castis,
Musis quantus honos sit dandus amorq; caroris,
Nunc carere incipiam. Magnus qui carminis autor
Dicaris, atq; Dei soboles Suprema Parentis,
Huc ades, atq; meam titubantem in vortice puppim
Dirige: quinq; regis solens pia frena Lycei
Patactii celeberrima doctrina, mente, manuq;
Pone precor Musae, tenuem neq; despice Musam.
Votq; Novenarum colitis qui tecta Sororum
Inhyta, doctifonas advortite Comprocor aures,
Nec tenuem femi manantem a fronte poësim
Exsibilate precor, naso nec tollite adunco.

Bellerophonem genuit clementia vatem
Magna Dei. Et generis, fama pars maxima, divini
Et deus eximium, in serpres, famulusq; vocatur
Velox; muneribus quos nullus in orbe cupitis
Condecorare potest, fundunt pulcherrima quando
Carmina, voce quidem lepida, conjunctaq; summis

Exord. a proponi
totius sum enunus
per huc.

A causa
effic.

ab effectu

Virtutum studiis. Magnorum hi gesta virorum
Versibus impariter iunctis, pariterq; vicissim
Heroum pugnas memorant sermonibus acris.
Hinc rapidum censet bellum cum gente gerendum
Assuetam bello, utam sanguine tingere terram
Rite docent, alitur quævis mens oculisq; animisq;
Cum ingenium, expressa est quævis clari gloria facti.

Doctrina hæc alias superat generaliter artes:
Cum quia mortales nullam propè discere ad unguem
Rite valent, variâ aut discurrunt sede studentium
Mentes: tum siquidem docto dicente Strabone,
Doctrina hæc celerem capit in loca lubrica cursum.
Tullius eloquio clarus, virtute iuvare
Mentis, ait, & vatem; & rerum natura novat
Effiat æthereo ut potant, flamine, quidvis
Ne temerè condant sacro nisi numine adacti.

Ennius ingenio magnos sanctosq; vocavit
Vates, cum polo nobis pro munere missos
Asserit, exemplar vitæ vatem esse regende.

Socrate quis gravior, vel quis cordatior aliter
Exitus? is Patres sapientie & artis auebat
Dicere, & ingenio superas volitare per auras.
Cogitur instructu divino namq; Poëta
Scribere, & in lucem proferre poemata sacra.

A forma.

ab utili

A compar.
distinguit.

A testim.
Straboni.

Tullii

Enni.

Socrate

Occupat

134

Dices: ex aliis multi sprevere Poetas.
Quid Lacedæmonios referam? quos fama maligno
Fort' odisse bonos minimùm livore Poetas.
Ansonum apud gentem pulchro qui stemmate nati
Sanguine deq; pio, & celebres cupiere vocari hi
Temserunt studia, ast artes quoq; Palladis omnes
Spernentes subter sedes latitare sinebant.
Quæ fuerant alia migrâ sub veste latebant
Splendori generis maculam ~~ne~~ ^{haud} forsasse tulissent.

Ceropsim ille Dionysius doctumq; Platonem
Vendere iussit auro de more Tyrannus.
Haud Caracalla secus divina volumina summi
Iussit Aristotelis vulcano tradere forti.

Calligula haud aliter vatis sceleratus Homeri,
Vergilii nec non Livii compulsum iussit
Tollere, Scripta diem ne lumine cernere possent.

Exilio, Augustus Nasonem carmina propter,
Cernere quoad licuit solis pia lumina, coisit.

Sic Nero sanguinens, Cambyses, Julianusq;
Xerxes, doctrinâ validi & virtute fuere
Quondam: sed subito in seclus omne ruere nefandum,
Atq; manu indomitâ gladios strinxere profani,
Ut jugulent sancti cultores numinis omnes.

Vatibus haud aliter vicos atq; oppida & urbes

Anonij
Caracalla.

Ipse carere Plato voluit, sic Vespasianus
Fictus usque pasens vatium, ut procul urbe foret sic
Blandus amor juvenum & lascivia, supra, cachinni,
Moribus atque senum Respublica munda maneret.

Naso refert vases mendacia multa referre:
Sic alii tribuunt fabellas vatibus: ac si
Vera loqui, foedumque foret, veritumque poetis:
Quorum ego iudicium falsum & damnabile duco.

Est quoniam menti, mentiri errare cuique
Adjumentum, ast doctas ornarunt carmine vates
Artes: digni igitur servantur in orbe Poetae.

Quid referam vanas multorum denique gevas,
Cum magno semper fuerint in honore Poetae;
Namque senum juvenumque chorus laudanda putabit
Carmina: quae praeciosa Ducaum, gesta ante canentur,
Atque adeo mores cuiusque & vita reguntur.

Cormiger ille Dei vates dux atque Propheta,
Numine divino afflatus cantabit ad omnem,
Carmine dulcifono reduci pro gente Jehovae
Suave melos: sic Psalmographus vatium ille Supremus
Conscripsit vario psalmos sermone sonantes.
Psalmis quid siquidem est formosius? ut hinc quid
Haec cantu? Salomone aut sanctius est quid?
Hi placuere Deo, nullus tamen hosce negabit
Cantandi recte praecoptis esse politos,
Atque Deum charos inter numerosse sodales.
Aspice quae Pator quam flectant ista profanos

et quodam

Homas! quam timeant buccae, mala mente serentum!
Nam decus eximium est vatium pia corda referre
Pro populo, grates summas pro gente nefanda
Funderet, ut haec fieri possint pia turba Tonantis.

Homo sed & nostris placere placant Poetae
Regibus, agricolis, rudibus, doctisque Sacra?
Induperator. n. tanti fuisse Severus
Carmina narrat: vati ut pro quoque iuberet
Versiculo Indiacum numerari proinus aurum.

Magnus Alexander tam magni fecit Homerum,
Dixerit ut comitem belli sociumque cruenti:
Et quosvis voluit somno mandavere artus
Carmina cervici subiecerit ipse Magistri.

Et postquam incipiti viciisset acinace Magnam
Persarum Regem, praedas ex inter opimas
Scripsit fulvas variatum marmore & auro
Inventi fuerat, Sulphurum quod forte decenter
Arte Syracusiam, docto medicamine plenum,
Aphum vulneribus Lethi morbisque caducis.

Sic, ut dona manu prehendit, Rex ore locutus:
Hercule me magnus facit ardor ut urar Homeri
Vatis amore, mihi sit fas hic sistere vatem.

Fertur Alexandrum docti doctissima Homeri
Carmina pro merito edidicisse fideliter omnia.

Sylla etiam vatem precio dignum esse putavit
Imbellem magno, nec carmina scriberet ultra
Carolus angurio Luminus (licet aris avarus)

Archelaus Rex Macedoniae Europae
ita sicut Gabius, ut fabulans summi com-
placuit, et sapientissimi poetae con-
suetudinem posse carere: magis de huius
viventem, sed moribus quoque et quibus gene-
ribus affertur.

Anaximander inter principes auctores Sami Ty-
ranis Polystratus fuit.

Archylus et Simonides apud Historem Grae-
cissimum honorem et auctoritatem maxime habuerunt
Antigonem amicum commensuratum Antagoram
Rodig et Archylus Solmsi.

Migdomis tamen hic remittit sacra ferre ta lentis,
 Insigni ast vati fãlvi pretiosa metalli
 Dona dedit, Latio celebrasset carmine quando,
 Qualiter ignotas peragrasset navibus oras
 Infrigente mari, & genas domnisse sagittas
 Belligera, aequantes ferris vestigia Turcae.

Emmius ingenio celebris sermone disertus,
 Scipriada acceptus fuerat. Mario atq; Lucullis
 Antiochemus erat vates, doctusq; probatus.

Gratus Alexandro Regi magno fuit olim
 Choenus, inculis qui versibus & male natis
 Gesta celebravit Regis memoranda potentis,
 Is tulit acceptos, regale numisma, Philippus.

Cesar & Augustus potius cibos Maronem
 Nutriit Andinum: cuius cum forte popellus
 Carmina Romanus magno recitato theatro
 Audisset, pedibus totus surrexit, & illum
 Hand secus Augusti ac numen coluere sacrum.

Siccine Alexander Romanum nempe tyrannus
 Vergilii mentem vatis miratus auctam
 Dixerit ut summum præclaros anse Poetas,
 Inq; super simulacra vivi asservasse sacello:
 Lampridius scriptum historiis sic ipse reliquit.

Mecenas tanto flagravat amore poeta
 Ille Venusini: ut cum fatis raptus obisset
 Jussisset exquilis fragiles tumularior artus.

Sic Messala arsit Corvini amore Tibulli,

ut comitem heri peregrinas cernere terras
 Præbuerit, castam & vidit cum carmine vitam.

Gratianus magno decorat Burdegalensem
 Ausonii officio, Thebarum moenia quando
 Magnus Alexander vulcano & fuste ferret
 Tunc domui, nec nõ iussit penetrabilibus altis
 Percere Thebani vatis, Thebasq; perussit.

Janus Aristophanem Chrysostomus ille poetam
 Sapiens ad dextram portando voluit, & ipsum
 Supposuit capiti somno resolutus amico.

Cur referam Baccham celebrem qui voce Sophoclem
 Deliciarum instar iussit tellure recondi?

Præterea laudes Nasonis & ora Propertii
 Persii & Ausonii, Lucani, Maniliiq;
 Sponte Palmigenii linguam Seneca quoque honores.
 Non referam Actii, Statii, Juvencalis opima
 Carmina, Lucretii mentem, Jamq; poeta
 Stemmata, doctrinam, præconia, scriptaq; docta,
 Hungara quem tellus genuitq; & honoribus auxit.

Non referam Paulum quem sacra volumina tradunt
 Et voluisse bonos scripto & laudasse poetas,
 Inq; suo memorat scripto tres ordine vates.

Denique cur sileant Theodorum carmina Bejam,
 Tempora qui vegeta numerabis plurima vite,
 Illum atate senem at promptum ingeniog; sagacem:
 Eustidie excidit qui sacra poemata, nempe
 Nectaricos instar recreat quæis membra senili

Atenuata senex macie & titubantia fulcit.
O felix dignande meis Theodoro Camoenis
Beza, parens patriæ, felici sedere nate,
orbis ave phoenix, vatum doctissime vates:
Quem tuate servant tornata poemata tantum,
Cui nisi doctifera arviderent carmina, pridem
Lanificæ, ô vates rupissent stamina Parca.

Ergo poetarum merito penetrabit ad usq;
Fama, decusq; polum atq; novissima climata mundi.
Vosq; poetarum doctissima carmina multum
vivite, magnificæ nec desint munera famæ.
Atq; senes, pueri, juvenes præconia cantent.
Tu siq; dem merbos, dubia atq; pericula pellis,
et pacem impetras, locupletem & frugibus annum.
Tu requies hominû, diviniq; æterna voluptas.
Tu exhilaras dulci moerentia pectora cantu.
Per te fit via & virtus, fit noxia labe.
Carminibus Superi & Manes placantur acerbi.
Carmine pandis Asblanta & Carmine claudis Avernum.
Carmina magnatum mulcens mellita furores.
Ergo Novenarq; doctissima turba Sororum,
Limina Gymnasii pede qui calcatis honesti,
Perhuciq; sacro præcordia vestra liquore:
Carmina complacens vobis: Lepidig; poeta
Tollite inextinctum super æsthera tollite nomen
Tollite, Aristarchis nec vos dare detrectandum.

Atq; nos isthac, Bone solis aurâ
Rite donasti, renitense verbi
Luce complēsti, tenebras fugasti
Pectoris abras.

Atq; jejunos similia cibasti
Affatim musas, Bromioq; sicca
Namq; potasti Deus alme Barcho
Guttura largé.

In simul soles sepidos dedisti
Cneis cados musto vacuos recenti
Cuiq; complexit, sitibunda quo quis
Guttura roret.

Insuper totis Patris ex medullis
Gnase promissum petimus secum tu
Chre, Musarum hospitium superna
Luce gubernas.

Damonum pelle insidias maloru
Lui tuæ semper mala dant casevæ,
Atq; cæcum Pontificis furorem
Consere verbo.

Frangere Musulmamiadum trifaucis
Cerberi quondam genitum ex ore
Tu Gygasas pie Chre vives
Atq; Sagittas.

Da Ophimases Pannonia fideles
Viribus fractæ, ut tueantur armis
Christianos, qui venerant omni
Tempore Numen.

Da, piis Ecclesia stes ministris,
Qui tuum verbo foveant popellum
Cochinis misso, & Cacoedamona atra ad

Prospera Reitor celebris salute Tartara pellant.

Fac Scholæ vivat Parachinæ, & idem

Nestoris conjunx numeret beata

Tecta ^{fac} multos nitidi Lycei

Firma stent annos, columisq; longa

Turba musorum generosa christe

Tempora cernat.

Ut tuum nomen celebremus omnes

Christe qui patris soboles es unus

Et Deus verus Patre cumq; Sancto

Flamine vivis.

DESCRIPITIO

furores divini, ob hominum flagitia
exardescens. Parachini 19 Januarii 1601.

ARMA, minasq; canam superum, Immanuelis adactus

Numine, Pierides quaeso favete mihi.

Tempus erat, quando nitidum jubar exulerat sol,

Inq; pari spacio vesper & ortus erant.

Cum Pater omnipotens rutili fabricator olympi
Humanum Superâ vidit ab arce genus.

Vidit, & obliquo nullum conspexit in orbe

Qui coleret purâ religione Deum.

Frans subito solis surrexit eburno

Esquerulâ secum talia voce refert.

Poenitet (us fasces) gentem quod voce creârim

Hanc peccatricem perfidiaq; casam.

Hæc siq; dem ore tenus colit: altera & turvis odore

Placari simulat multipliciq; prece.

Flammiferis lucent faculis altaria multis,

Papicolis bilem verba sacrata morant.

Hæc mihi vota dedit, rursus fugienda patravit

Ille peregrinos gens colit ore deos.

Quid faciam? perdamne viros toleremne scelestos?
Qui mea pro nihili iussa verenda ferunt.
Sic fatus Deus ille hominum divinumq; creator
Algerum subito cum vocat ore virum.
Ille citus praesto est, palla circumdatus alba
Atq; tenens dextra tela trifido manu.
Quem postquam Domini coeli conspexit, abortis
Mox lacrimis coram talia verba refert.
Impia terrigenum non iam mihi ferre patrata
Est animus, siquidem est nullus in orbe pius.
Non pietas, non sancta fides, non demique vera
Religio cura est, sed magis spreta jacet.
Quare age grandisonam coelestem accerse Senatum
Alger, ut teneant haec malefacta, tubam.
Dixerat. Ille autem postquam pia iussa cepisset
Aetherei, amicos mox vocat ore, Patris.
Postquam introgressi concursu ex ordine magno
Tales auctipotentis protulit ore sonos.
Ille ego, qui mundum ex nihilo coelumq; creavi,
Flumina, quadrupedes, squamigerumq; gregem.
Ille ego, terrigenum custos, plasmator & auctor
Sidera quicquid habes, quicquid & orbis habet.
Ille ego, qui fuerat lesus multo tandem, Adams
Concessi longos vivere in orbe dies.
Ille ego, qui texti Catachismo funditus orbem
Absorbente Noam viribus atq; domum.

139
Ille ego, qui propria charum virtute popellum
Echuti, Pharios cum obruit unda maris.
Item ego, qui quondam patribus deserta colentes
Fercula digna loco proclaque digna dedi.
Demque pollicitem venturo tempore semen
& coeli in terras formice sponse dedi.
Qui mala facta hominum truculentam morte piaret.
Cui fuit haud toto corpore mica mali.
Non tamen haec homines curant, non iussa verentur
Terrigeni, magis sed facta nefanda patrant.
Postquam autem soboles huius surrexerit ab orco
Continuo Apostolicum contasciat ore gregem.
Quos facit in terris coelesti munere fungi,
Lata Evangelii nuncia ferre vivos.
Sed mala gens hominum imatura morte ministros
Sustulit, haud didicit flexere colla mihi.
Quin magis nunc hominum mentes prona atq; fugaces
Ad mala. Facta videntur gnate tenelle virum?
Cerno ego Christus ait: nunc quid persolvere genti
Pro meritis sagas, perge, benigne Parens.
Tunc Pater, aethereo tollamne hos sulphure, fatum,
Deucalioneis an magis rursus aquis.
Pollicis astra memor antiquis, tollere lympham
Nolo viros, falsum non quia in ore meo est.

Ocyus ergo moror? quid vobis cernitis? an non
Promeritis poenas impia turba luet?
Hæc Deus. Illi autem tacito sub corde volutant
Plurima, moxq; Pater talia voce refert.
Igne pluas coelum, Sulphur vomet ore barathrum
Devoret & cunctos flamma roguſq; viros.
Dixerat omnipotens irato pectore scelum
Cui Soboles tales mittit ab ore sonos.
Parce pater populo, populum nec Sulphure totum
Coeruleo tollas, parce precor populo.
Hunc siq; dem validâ vinculum Deus ipse catenâ
Extolvi, Satanae perfida tela vetans.
Sustinuſq; necem palo suspensus ab alto,
Hæc tibi complaceat victima chara, Pater.
Non tamen ut nullas subeat gens pessima poenas
Postulo, peccati aſt Supplicium ipsa luat.
Nunc hinc almae Parens furor ardens ceſſet, & infer.
Supplicii populo mitius oro genus.
Vix hæc factus erat Christus sermone Parenti,
Cum Deus exclamans talia voce refert.
Non tibi quas statui poenas gens perfida reddam
Non impune tamen facta nefanda feres.
Sic memorans, Cererem, Marsem, Lethumq; vocavit,
Quæſq; doming tales protulit ore sonos.

110
Maxima ferrigenâ penetrant peccata vivorum
Sidera aduſq; poli fundum & aduſq; maris.
Spreverunt mea juſſa homines, malefacta patrârunt
Unus ex eorum multis vix pius eſſe cupit.
Non me doctifono celebras per templa popellus
Cantu, nec precibus fert mihi vota Deo.
Quare agite ô famuli poenas inferte cruentas
Gentibus, et cunctos enſe necate viros.
Plurima corporibus dare vulnere, viſcera fame
Rodite, & exanimis in Libitina rege.
At prius hæc inſis hærebunt fixa medullis
Dum mea perficitis juſta verenda, viri.
Inſimul arma manu radiantia tollite, vobis
Ne noceant fraudes nec malefacta hominum.
Tollite lætentes gladio, juveneſq; ſeneſq;
Ancipiti, agricolas opprimite fame.
Corpora mille modis ferro proſcindite: & ipſe
Spiritus requie do ſine fine frui.
Nec prius a coepto jubeo ceſſare furore
Quâm tulerint homines thura ſacrata mihi.
Dixerat omnipotens, & adhuc quoq; plura parabat,
Ni ſatis hos noſſet juſſa ſequenda ſequi.
Aure Dei poſtquâ Poenæ mandata bibiſſent
Ire pedes ſatagunt tecta videre virum.

Primus ibi ante omnes rigido circumdatus ense
Mavos in terras scandis ab axe poli.
Lumine perlustrans turrita palatia Regum
Magnanimoq; vides nil malefacta nisi.
Continuo auxilium Turcas clamore frequenti
Convocat, & Scythicas armat utring; manus.
Quis Jthaci ingenium donat, gladiumq; cruentum
Aeacida, confert divitiisq; midea.
Ecce sanisigerâ Princeps comitante phalange
Turcarum Hungaris & Teutonibus ora petit.
Insonare tubæ, magnusq; per æthera clangor
Intonat, & flammâs qui hiber ore vomit.
Pasca diripiunt, urbes quoq; funditus igne
Tollunt, captivos servitiisq; premunt.
Hostis atrox pueris nequaquam parat ephēbis
ex senibus vitam decrepitiq; negat.
Sed magis crudeli cunctis cava vulnera ferro
Infligitq; viros perdidit ense malos.
Belliger interea dum sic Mars sævit in armis,
Diva Ceres properat iussa sequenda sequi.
Grandine & hac segetes teneras diverberat omnes
Gurgulioneis tollit easq; feris.
Imbre pluit, ventos inducit, frigore culmos
Unit, & in paleas semina pulchra parat.
Demig; terrigenum violentam mittit ad ora
Esuriem panis quâ premit orbe viros.

141
Quid panis? major divini (credite verbo)
Longe' euangelii nos premit ecce fames.
Mox Cererem Lethum sequitur fortissimus inter
Aetheri poenas supplicia atq; Dei.
Dextra tenet falcem, torquet sparumq; sinistra
Eris & hirsutum cingit utring; femur.
Anam humeris bajulat flexum, collumq; perambit
Immedicabilibus plena pharetra malis.
Fale secat cum Tor nullo discrimine, sic ut
Rusticus in pratis gramina quæq; ferit.
Et sparus insequitur fugientes, mucro dynastas
Enecat, & penetrant tela trifurca jecur.
Vix bene vulnifico firmarat pectora ferro
Cum subito Lethum Teutonibus arva petit.
Paret id imperio, pestem a se prius ore patronum
Suppetas gladio flagitat ire suo.
Impetrat. Insidias mortalibus undiq; sternit,
Vites ut hostilibus nullus in orbe manus.
Interea populum pestis circumdat acerba
Ex improvise, falce, sparo atq; lude.
Tecta crepant gemitu, luctu, lacrymisq; per urbes,
Examinesq; viros lectulus omnis habet.
Non hos Patoniae extinguunt tolluntq; medela
Languores, cordis, corporis, atq; animi.
Cetera si lingua centum sint, oraq; centum
Non possem Martis facta referre vagi.

Hec gelidae quirem calamo percurrere caedes
Mortis, queis homines torqueat orbe modis.
Teutonidos lustret pomœria, & Hungarin omnem,
Qui velit hæc oculis facta notare Dei.
Pannonis ora diu multo perfusa cruore
Cur madeat rogitas? impia turba sumus.
Teutonis ecce iterum satagat conscendere muros
Cur gnæris? Teuton pessima turba virum est.
Quare si Martem, Mortemq; Famemq; Tonantis
Tollere vis poenas facta nefanda fuge.
Nunc tu Gnate Dei coeli qui sidera torques,
Quiq; Dei complex jussa sacrata Patris.
Terrigenum solus qui crimina morte piasti
Donasq; tuis gaudia læta piis.
Respice, nobiscum quod quondam foedus iniisti,
Et placido nobis sit tua dextra sinu.
Respice nos multis jamjam Deus alma procellis
Lactatos, siquidem nos tua membra sumus.
Pelle procul caedes, pestemq; famemq; perenni
Lætitia dona cunctis benigne tuos.
Ut nos thura Patri, tecum qui hinc & unus
Flamine amq; sacro est, ore feramus, Amen.

Poculum
nuptiis Reverendi viri Joh. Illyrici
Scholæ Patachinæ Senioris oblatum
XI. Januarii 1601.

Quando novus amictus adest
Annus novo visus modo:
Amictus novum gignit novi
Plausum favoris lux nova.
Optata namq; isthæc dies
JANO Parenti splenduit,
Quando novam ducit novus
Sponsam Deo sponsus duce.
Tardas quod thalami novas
Præses Patachinæ sane petis Scholæ,
Sponsi fungeris optimi
Dignam crede vicem: et conjugii insimul
Præscriptum sequeris modum,
Vitæ legitimo qui jubet e' toro
Cunctos pignora tollere.
Sponsarum ast thalamum sordib; oblitum
Turhæ Veneris vetat
Magnus, lege Dei, Paulus Apostolus.
Te pietas, te sancta fides, te candor & angor
Ut peteres iterum ipse Deus connubia jussit.
Quæis (ceu triseclis Nestor titubantia fulsit
Signa pedum baculo) recreares corpus & albam

Canicem capitis: curas de corde levando
In somnes, casti & gignendo pignora lecti.

Anxietas te neve domestica jam fatigat ultra
Tu namque sponsam ducis obsequentem
In thalamum, relevare & tristitiam probe scientem
Cordis, timorem voce lenientem.

Ilyricæ ergo decet devoto animo reges Tonantem
Vestram gubernet Numine us salusem.

JANE etiam coeli precibus precor ipse monarcham
Supplicibus, thalamum servet sine lise pudicitiam,
Atq; domum sine fine beet virtute suprema,
Ducere concordem vitam possitis uterque,
Cernere post oculis casti pia pignora lecti.

Sed quid Jane toro me is
ultra carminibus sum gravis, optime:

Centum partibus omnia
Cum sponsus thalami jura scias nobis:

Rursus sponsa focum dum
Ardentem teneat construere Ursula.

Hic finem faciam mei
Sermone: siquidem amata Deum tibi

Missurum bona iudico,
Puro que thalamo corde precor tuo.

Sumi Deo Rector poli
Sponsum tuo & sponsam precor

Regno bea, cum terminis
Vitæ vocaveris spiritum.

Quare huius Luter optime
Cape quæso Miscolæ rudem

Vultu Lamoena blandulo,
Quæ sacra Hymenæa
concrinit.

In discessum
Joannis S. Leuzkemetini ad scholam
Bodrog Turinæ regimen. 19 Januarii
Patachini 1601.

Magnum Patachia Jane decus scholæ,
Quorsum Castalias linquere vis deas,
Junctis quosque dies insimul & fides
Cordato socios pectore cognitos.

Forsan fatidica Jane metum deæ
Incessere, tuis non studiis polo
Laturas itidem suppetias manu
Ne sis Pannonia Jane decus scholæ.

Aut te Vestra fove divite flamma
Arce & Nectareis fungier epulis,
Tabo Bodrogus aut largifluus nimis
Num venas maculat Jane etiam tuas.

Permulti magis te Jane laboris aut
Tædet, quo fueras atq; molestia
Oppressus, pueris ore dei sacro
Tradens dogma tibi coelitus affatum.

Oblatum. Aonia gymnasii deæ
Sordent jamne tibi, moenia vel scholæ
Regno Pannonico nunc celeberrima
Sunt invisæ animo Jane refer tuo.

Haud sic. At Domini jussa fideliter
Anthes empyrei perficere enthea.
Hujus linguere quæ gymnasii volumit
Sedem & Castalidos dulcifonum chorum.

Majoresq; jubent scandere te gradus
Virtutis merita. Jane mane precor,
Nullis nam profugos ferre pedes procul
Algor, mix prohibet, Sarmaticum & gelu.

Verbis flecteris haud: propositum magis
Urget Jone tuum, fata jubent quia
Doctum Pactachii linguere nunc chorum
Mondana Kreturiam te regere & scholam.

Quare Kreturii frugiparos petis
Agros jamne citus, gymnasium regis
Dextra, discipulis dogmata dans poli
Cunctis, grata Deo digna bono Patri.

Sed multis animi ne querimonis
Tundam, carpe viam sidere lucido,
Cingat te aligerum pervigil us chorus
Jovam sic precibus pristinis in voco.

Plasmator superi qui Deus es poli
Qui dextra regis & dirigit omnia
Da ventum facilem claraq; sidera
Jano qui coluit porridge iter bonum.

Spartam ornare queat coelitus ut datam
Dextre Kreturios keezkemeti lares
Concernatq; poli tradere dogmata
Janus discipulis ore queat suis.

114
Quare Legasei maxima pars chori
Nutu perge Dei, quo tua te vocat
Virtus: prima Deum cura sit ut colas
Prosis post patriis moenibus. J, vale.

Carmen

pro nuptiis Philippi K. Quintoforiensis
& Sophiæ Trofnaideriana matronæ.

Keismarimi. 18 Febr. 1601.

Cum Deus hanc mundi fabricam virtute creasset
Mox hominem ex udo condidit arte luto.
Cuncta creata suo perlustrans lumine, cuncta
Approbat, adq; hominem talia voce refert.
Non liber humanum genus ut sine conjugæ vitæ
Ducat, sed danda est casta virago viro.
His dictis, hominem somno Deus obruit alto
Ex latere osq; capit protinus ipse viri.
Hinc sociam vitæ similem per cuncta marito
Fingit, & hanc Hevam nomine dicit Adam.
Tunc ait, ex propriis virgo ostibus edita, vitæ
Sis optata quies, spes, columnæq; meæ.

Hunc hominis lectum recolis dum graviter ortum
Mehiviq, suo quaq, Philippe pede.

Tum nihil invito satagis tentare Jehovâ:

Te rabies Satana' ledere dira nequit.

Suspicias coelo ass largas conatibus optas
Alea mox dicas jam jacienda mihi est.

Alea jacta cadit, thalami nova gaudia suades
Legitimi, sancta, sumere, lege Dei.

Ego Philippe Dei, peragis dum coepit, favore
Non hominis sequeris facta nefanda mali.

Qui sacra legitimi contemnit foedera lecti
Atq, Panomphari iussa verenda Dei.

Quare tu Sophiam sancto complectere amore
Namq, mones pietas religio atq, fides.

Furtivi fugias castè cubilia evycis,
Contentus propria & conjuge, vive Deo.

Quod superest, alios turgat quibus are ~~est~~ crumena,
Cara novis sponsis munera ferre doces.

At mihi qui ingenuis vigilo, chartacea, Musis
Munera cū votis nunc mea, ferre licet.

Vivite concordas longos precor ergo per annos
Nec violer vestram fraud immira fidem.

Fundite felices dignissima pignora lecti
Sic vestra unget prole beata domus.

Paraphrasis poetica Psalmi LXXIX

145

Aeterne vindex justitia Dens
Vultu ferens desuper intimas
Afflictiones intueri
Jova, tui gregis & peculi.

Blasphema quam natio gentium
Ritu ferarū barbarico, tuam
Tam nequiter possessionem
Diripiunt, miserę vastant?

Contaminat, sacra tibi domus:
Illustre munti tonus urbs decus
Vastatq, & nunc mole grandis
Vix lapidum superest a ceruis.

Diras volucres sancta fidelium
Tasunt horū corpora: bestia
Et membra crudeles & ora
Dilamant avidè piorum.

Ebullientis flumina qualiter
Lymphæ videntur currere, nō secus
Circa sacrata moenia urbis
Sanguinis inno cui repente

Fluxere vivi. Proh dolor! hic tamen
Inventus omni de grege nullus est,
His qui supremū fragitasset
Officiū prius ac honorem.

Gaudens propinqui, nec minus accolis
ubiq, nostris ludibrium sumus;
Ornudoq, decantata tibi
Fabula, delicia, castinnus.

Hic ardor autem quam, rogo, quandiu
Durabit? atrox ira tua usquequo
Nos, ab misellos nos! caducas
Flamma velut stipulas vorabit?

Immo prophanos in populos, & in
Te resistentem regna potentium,
Effunde fervorem furoris
Jova huic scelus aethrae.

Lupi serellum cer pecus, impius
Jacobidarum dilacerat gregem
Hostis fierum, subruitq;
Illis ac populatq; ardes.

Memor prius ne scelerum reg
Injuriam sis Deus: ac cito
Nostri miseris, tolle, tolle
Tam grave pondus acerbissimum.

Nunc qui iuristi nos toties, iuva,
Qui liberasti, nunc quoque libera,
Spes nostra, solamenq; dulcis
Terminibusq; medela nostris.

Omnis sacro gloria Nomini
Tuo redundat: pace reis, tibi
ut sic cupitas ore laudes
Ac animis meditemur uni.

Pridem, (nec audis tu Deus & Pater)
Lingua scelestâ factio gentium
Iustas rogando. gentis ^{hujus} ~~hujus~~
Nunc ubinam Deus & redemptor.

Quin innolescit sat cito reprobis,
Quin innolescit non minus & probis,
Quam rationem tu reserves
Moribus innocens tuorum?

Recede nostras ne regi de' preces
Quos dura stringunt vincula carceris
Tenebrosi. Num moraris?
Nec gemitus miseratus audis?

Serva potentis ro bore brachii
Quos desinat terribile fons
Mortis tyramus: surge, iuxta
Enipe nos necis et profundo.

Tunc reddo nostris debita proximis
Repende cunctis septupla debitis:
Istos propria exscindas relabens
In caput impietas scelestum.

Ut pascuor' grex huius & hui
Cives in omnem progeniem tibi
Gratiasq; dignas atq; digna
Vota tuis meritis sacramus.

EPICEDIUM

Magnifico Dn. D. Sebasiano Thökel.
Baroni in Reifmark, a Davide
Pareo Scripsum Heidelbergae. 1600

Quum deus Heroum solus, & gens Hungara luget,
Occidit, heu patrii quanta columna soli?
Quem pietas dolet, et animamq; eucta luget
Occidit, heu chri quanta columna gregis?

Sed cessent lacrimae: fert gloria prapete penna
Thökelium vivum culta per ora virum.
Ille satur vitae longis consumtus ab annis
Invenit vitae nobilioris iter
Nempe ruinofum corpus tegit humida tellus,
Spiritus at fruitor, venerat unde polo.

Macte omnis STEPHANE & NICOLA parvibile patrum
Rara quibus virtus vivida Patris inest.
Patris ad templum patria advigilate ruerit,
Atq; Dei fortes advigilate gregi.

VOTUM Dn. THOMAE
Szei, pastoris Ecclesiae
Onadna, mihi dictum.

Et nova sit felix conjunx, et fundtio sacra,
Illa domum gnatis impleat, ista potum.

CARMINA SPONDAE
nostre à Gr. Vacino praefixa. A. 1608.

Cedite vos cura hinc tristes & abire furcos,
Isto grata quies regnet amorq; ihero:
Nec cubet hic Stephanus solus fuditq; semper,
Multa sed ex ipsis nata propago cluat.

Carmen inscribendum templo dn.
Caspars Szubai in Kenes, 19. Julii. 1609
nunc restaurato. Szereñmi.

Hocce Dei templum quisquis de more frequentas,
Sis pius, & precibus veniam pete crimiris: ora
Suppliciter fovom, fratros quoque dilige quosvis:
Biblica nec praeter dic aut mysteria crede:
Errores fuge: Te fugiat ne Coelipotens Rex.

ΕΠΙΤΑΦΙΟΝ
Doctissimi viri domini Johannis Miscolcimi, pastoris Ecclae Liscensis, de-
functi in domino anno aetatis xxx, die xxvii April. hora vi
vespertina. Anno M D LXXIII.

Mole sub hac lapidum positus jacet ille JOHANNES,
Tempore fatali pepent quem patria MISKOLCZ.
Tunc cum Turcarum primus saevissima sensit
Vincula, & orserunt mitidissima templa Tonantis.
Uyhelii juvenum studiosa corona bonorum
Totos sex annos est usa laboribus ejus.
Sic annos totidem senos Ecclesia Solchvae
Audiis excelsi domini pia verba docentem.
Fortè fuit factum nam LIZKAM deinde vocatus
Sex ubi confirmos iterum fini verat annos,
Atque gregem caeli domini calesci rexerat arte
Dormit in Domino rutilantiq; aspra petivit.

XII. gbris ubiq, cum a D. Thoma
Szehino copiam altis omistum
cum his versibus accipiam.

Alia sunt capere loci munuscula nostri;
Dant meliora alii, de meliore; vale.

Cui sic respondi. PALLIA.

Alia missa mihi sunt, per te, reddita. Quareis
Dives ego mittam quaha dona tibi?

Principium panni (caracas ne vestibus) eecum

Anteponeendum altis mitto, Szehine, tuis:

Ubiq, concinet sartor bene doctus in arte,
Pallia habebis. Abi, haud bruma nocebit iners.

Ad Andream Racz Likoatu

Egy huz ballottam, Barabom,
Ha ne bannad, ar meud bannom.
Szons Andras nagy a vagis most
Az Latoris mostan nem fort.
Az nagyis finis az listo
Alint marban magas el bista-
Nem chas ar madaras vadac
De az ombare ar hatalak
Er ossze latom orvokunk
Nem filus hoggy meg osszunk.
Az Lator gonoz gondoshon:
Tudom ar jambor miuz mendingion,
Jambor vapor, jambor barson
Nem banko to tibi kasson:

Castri Szeged Superm Castellanum.
Puiorem sim Szekes jo bertol,
Gardafonyj hoc chacar, falrol,
Barabom jo' tunc hordam
Hog kel kostohi malssom.
Eva fraud. kod ugy hallom
Porkestab uram s javallom
Lakjatek Jhon hior ol
Al gondoshare sin ki ol
Nikom miuz hoggy hozem uson
Ki'lygy. gy habar ki' m'm b'ndit.

21. Martii. 1610. ^{Extemporanea 118}
Sunt avis ova mihi cristata foeta, Crolog
Jura colorata, ad qua ^{adesto} Rector ^{est} vocate. M.

21. Mart. Luminum aditus
Serpentis vasa posthinc clausis ut actum
Moxta domi proposita iura sacra Dei

Ad Georgium Sixovium mystam Tomborinensem solennem
30. Januarii 1611. nata primogenita. O

Sis felix, telumq, tui felicia cernant
S-cula.

Mi Patre. Hae Latine quid poses epistola quavis?
Mane novo sexam post horam. Plaudite amici
Milium, Tu, Coniux, gnati, gnatae. Deo duce Christo
Judita Juditulum peperit tua filia nobis.

Joanni Helopoeo Thaljam. ult. Januarii

Jane mihi Princeps sacrosanctos inter Amicos
Salve, Tu, Coniux, gnati, gnataeque delictis.

Ille ego, qui fuis oravi saepe quibus
Coelestem Regem, Miscotinus, exoravi.

Quid sicut illud aves cognoscere? Epistola refer.

Unam, Cor nostrum, peperit mihi, Judita, probum:
Tingi quam cupio sancta Baptismatis unda
Filio Basilii, ^{Jane, abis cognoscere} ^{Sit mas an virgo, sibi.}

Quare Tuq, tui Conjors beatissima Lethi
Oro favete mihi nostris & honoribus ambo
Sylite vos nobis Fortune ad templa, vocandi
Ista mihi commater, Compater ipse colendus.

Inscriptio

J. libit et Thaljae Parochi p'nti heta Joannis
Sixovii, et rursus nuncia lata refer.

Respondit

O Pater, o mater, geminata gaudia nacti,
Jam cumas soboli, reddite, vota Deo.
Si Magnas nosces praefixi temporis horas
Non turbavit, ovens gaudia vixta petam.
Cognoscam facile sit mas an virgo puellus,
Si refert sonitum va vit uvae minimus.

Jano Bocatio Cassovia 8. Martii 1611.

Jane Palatinis meministi nuper Athinis,
Fidrici sub Duce ^{referens} fata aspera Regni
Hungarici, tibi quod dixi, violenta ~~legata~~ Ministro
Induperatoris metanda hei vincula? ~~legata~~ Contra
Tu mihi pro patriis, di xit, sum promptus obire
Vincta, cruce, pedicas, & olentis carceris ecce
Torturas, gehidamq, simul post funera mortem,
Quomodo Pannonicis bene sit tempusq, focusq,
Vix ea factus eras, ob lato hac inferis Albo:
Gravia quae nunc sunt patienda, ^{suavia} ~~duricia~~ nobis
Olim venturo ~~memoranda~~ ^{se hanc} memoranda tempore fient:
Votum exsolvi vases, patienda tulisti
Fortiter, ~~caute~~ ^{atque suis} ~~et~~ ^{epimicion} adde Camoenis,
Quandocumque quinquennali tibi carcere clauso
Annulus ille Ducis licet aureus esset ademptus
Norhami, tamen hanc tibi vitam Praga inquit
Tollere: sed patria sed nobis restituit te.
Quonda qui Isalidis, qui Petri vincula solvit,

Et P harum rapido submiffit ^{in agnosce} ~~gurgite~~ Regim.
O ultimam ~~obis~~ ^{salsam} Pannonia nonis
Dulciloquis Jam ^{trucidat} ~~torquet~~ meminisse dolorum!

Petro Vaefio Theologo Nadiensi 1611. mense Febr.

Amphora quae nuper paululum donata fuerat
Lymphato completa mero, vacua en redit. uxor
Atque maritus ego, votis videre senectam
Poscimus annosam, & complurid dola vimi.
Votum est. Sed rursus vacuam hanc complebis Amice
Maturis urnam botris: quos paupere late
Sub lae familia absumat. Nos rursus Amici
officio functi, tibi prospera cuncta precamur,
Dum paribus tecum meritis certare regatum est.
15. Januarii 1612. Rectori Scholae

Si pifus vestros nostis vis aequiparandos
Carribus, ad coenam Rector prope ranter adyto. ^{missio hanc fo 3012 vobis, in}
^{penis kapos tosi huff.}

Joanni Vifolimo Pastori Strinciminsi
Suevionimo. 13. Junii.

Si tua te Vifolime tulit ad pulpita virtus
Dum successorum se velit isti meum:
Non egdem invidios, later mage, honoribus usq,
Sparta sit augmento no pristura hui.
Quid tu de nostro ~~regit~~ spondit conamine, ^{ex pra}
Quando vidis vidua culmina summa scholae?
Pallade & orbari iustas, purosq, parente
Te quoq, blandiloquo Jani solabio.
O Vifolimo Dux nobis hanc oia fecit
Ut Slyphano optata sit mihi Janus ope.

Cuo Pastore canat latum Miscolcia carmen
Sancta cohors: domus & gaudet inde mira.
Tu fors Rectorum magis aptum ad gaudia habebis
Colloqa ipsi mris; serior, aptus etc.
Quare La veniam: veniam tibi largior ipsi:
Formamq; procer prospicere vale.

Lisensis
In fronte Musci Miscolciani 1612.

Hac domus antiqua diuina structa Parochi Paroeci
Est Musis, procul hinc scriptus hiorq; facia,
Hospitium puzas habet hic candore fidemq;
Hos tibi, qui ^{mystae} Parocho chamus cupis esse, sodales
Iungito, Musci vichq; patre videtis.

In ipso Musio.

Hoc ego sub tecto sacrosanctis dum vaco curis
Christe mris quayo praes conatibus, atque
Dum ego christicolae & planto adde incrementum.

Ante bibliothecam.

Hospitis abstrusas absintis votu ire chartas
Cuiquis es hand hntis tibi mi fore turpiter obstes.

In regione

Chulyakii Musis sacra est domus ista, nradat
Sanna, dicit nobis quing; vacare sens.

Sudaniolo insutum.
Az ki ez kuzkint varta, Istint sigit-grol varta.
Ichora vilagoss agom, s elam mirtu jofagom
Janki khat mm art m kim Manjon kifs as on beta beta kim.
Est admy m kim jhm
Az ki varotta m m kim.

hm:
kintbin mirtu m m hntis dragab kint Mnt az kint puchabonita mnt.

Cervicali.

Ez par nara mikor fijimot ningalonna lo haitom,
Lalkomut - az Atham tarch my hntimul gimbom.
Est az vasa par
nat successu tempo
ris az filij
koposjaba komitum. 1616
Maji. 18 die Lisban.

Geneethliacon in gratiam recens nata
filiole MARIÆ, Bati et Graviss. viri tmi Steph.
C. Miscolcni, pastoris Ecclie patrie diligentissimi,
amici mei vetri mansuetudine conjunctissimi etc.
Aulo Xedius quidem et impolite, mhr curas & occupa-
tionis Paschalibus fihvitatib; consecratas; sed tamen
animo sincero et benivolo, scribendam Thomas Szelimus Onadimi
Anno Chri. 1613. 9. Aprilis.

Quod facilem Deus omnipotens tibi praeiit aurem,
Addidit et gnatis gnatum, dulcissima Sancti
Pignora conjugii, gratamur dulcis Amice:
Suppliciterq; Deum, tensis ad sidera palmis
Oramus, crescant, valeant, vigeantque beate
Gaudia sint Patri matri quoque gaudia charis,

Sitq̄ timor Domini precor illis summa voluptas,
 Aurens & torques collis gestamon honestis.
 Sint facies pulchræ cœu tincti sanguine flores,
 Sint placidi mores, meliorum exempla sequentes,
 More columbarum servantes foedera lecti,
 Foelunda; innocua, mites, nidumq̄ tenentes.
 Ut postquã e' terris ad cœli tecta volabunt,
 Aeterni accipiant pulcerrima prœmia Patris.

Supra Portam Parochialem Liscensem. As 1616. 21 April.

Aedibus in nostris quicquid pulcrum aut turpe geratur. Si Satagis, mi Vir, cognoscere, noscete ipsam
 Inscriptio Gemethiali *Atque tuos.*

Parvula dona domus parvis: sed mente serenâ,
 Te Pater accipias pectusq̄ fronte serenâ:

MONIMENTUM

Doctrina et vitæ sanctimonia Carissimi viri domini
 Georgii Szixovii, fidelissimi hujus Ecclesie Zomboniensis
 Pastoris, defuncti ætatis suæ anno 54, Christi 1617 ibide
~~1617~~ 21. April. ♀

Membra Georgius hac posuit Szixovius urna,
 At Doctiloguus Lingua clarus et ingenio.
 Szepsiadae Rector pubis, Doctoreq̄ cathedræ,
 Quinto ubi conestom Boldua vidit aquam.

Faci in Liska,
 26. Maji. ♀
 1617.

Doctior hoc pastore Aszalovica plebs fuit, annis
 Dogmata bis senis dum bibit aure sacra.
 Zomborico Supra dus dum quinquennia templo,
 Ore Sacram præfert dexteriore facem,
 Morborum longis fractus cruciatibus, inter
 Vota Deo, patribus associatus, obiit.

1623.

Adlosek er level, Dedešij Szvagmak,
 Baerben. Geörg Beschtram Bottos hu
 Legenijenek, ar Hogeltram Bottia
 Uleeben.

Stephanus Dedešij
 Vassoviensis

Σκριασγία

Vita Ciceroniana. A. 1602. 24 Januarii Corlicii
Lusatiorum

hora 7. matut.

Si quis unquam Philosophorum vel oratorum, Studiosi Adolo
 sciant, nostra Patrum memoria, ob multiplicem variarum rerum
 scientiam, innumeras in Rom. promerita, non aeterna solum laude
 dignus judicando, ex summis propter egregias suas virtutes, sapien-
 tiam prope divina, verbis sermonibus, recitandis, posteritatis
 libere commendando. esse videtur: unus profecto ex multis aliis
 M. T. Cicero, et laudibus ad caelum sublevaris: et vixit. ius eius
 universus ad unguem admiratur: et quod eloquentia et dicendi vis,
 in suum sanguinem, quod ajunt, conserenda est. Et enim
 si scientia viri divini, si virtute, si non denique gestas ob oculos
 posuerim: summa in eo omnia fuisse compertimus: siquidem nemo
 ipso juris peritior: nemo fide, religione, pietate in patria diligen-
 tior aut sanctior commemorari poterit. Verum enim vero fortal-
 sis nunc ignarus hujum consuetudinibus unquam factis laudata, mi-
 nistris; quid sit, quod, cum tot eruditi adhaerentes se dicant, quibus
 ingenio, ingenio, imo me dicendi promptitudine sum compa-
 randus, puta lyro hujus orationis: ego potissimum hujus eloqui
 Ciceronis vitam et res gestas et hoc insolito mihi ad
 dicendum loco recensere, et omni reponere confitebor: idem
 mirari ex adis dixit, si hujus ^{literat.} potissimum ordinis vultus om-
 nis conspiciat: qui uno ore, suffragis et sententis confitebor.
 bus, mihi quavis longe inferiori, quam ut tanto omnes juvenibus
 meis subire possim, hoc perorandi munus obdulerunt: quos ego
 vel benevolentiam erga me ignorare, vel auctoritatem ~~quod~~ asper-
 nari, vel voluntati negligenti nec volui me d. bui.

et Cord. a Compar. Similibus.

adicia.

Advers.

Orationes selectiones sequuntur.

Quod tamen dum persequi conor, ad id multa mi sollicitum anxi-
 um reddunt: ut in ipso orationis cursum distorrendum mihi suaderent.
 Dum enim meo modo modico memento, quam curata mihi ingenii, tenuitudo
 suppellex: quam nulla dicendi facultas, facili intelligo: vehementer
 in meo: in hoc quod suscipi, styli mi tenuitate atq; ariditate
 deformat; ne ornatus; obscuritas, ne illud sit; cum illud tantum sit:
 ut nullus sit flumen ingenii, nulla dicendi aus scribendi tanta vis
 tantaq; copia, quod ne dicam Cornani, sed per conspectum huius
 viri in consiliis de Repub. capiendis diligentiam: in periculis ab
 vato propulsandis animi: in hominum voluntatib. pro Rep. laudin-
 dis libertat: in perfrando labore industriam et fidem commendan-
 do possit. Sed vestra, Commilitonib, praestans singularisq;
 benevolentia & pietas, hunc mihi timorem minuit, animusq; addi-
 ut virum defunctum voluntatis conatu, qui in oibus laudabilib; est
 sustinens: tantog; ad dicendum a laetior prodiam. Sed prius
 quam causam ipsam aggredior, certos mihi finis terminosq; con-
 stituam, extra quos egredi non possim, si mecum vultis: ut
 et mihi sit propositum, quib. de rebus dicere oporteat, et quid vos
 sequi conveniat.

Conclusio
Clodii.

Propos.

Nomen.

Dicam igitur de nomine M. T. Cice-
 ronis, patris, parentibus, indole, morte, et quae iam consi-
 curata sunt. Vos quoque, adycti animis, qui corporib. adyctis,
 et mihi de praestantissimo viro dicendum, arrectis audiatibus auribus.

Atq; ut de Nominis ratione, quemadmodum appellationem, primo loci age-
 rit hoc in meo praefatis positum, unumquodque Romanis tibi simul;
 nonumquam ita quatuor notari nominibus; quae Grammatici natis et
 re vocabulis insigniverunt: ut Praenomen primum nomen, Siquis
 in medium nomen, postremum Cognomen non intelligantur dicentur: Sic
 noster quoque Cicero nomen simul Marcus vellet Tullii et Cicerois adeptus est

Marcus Praenomen eius fuit, quo nomine vocati sunt, ut quibusdam plac-
 ebat, et minus Marco nati essent: quanquam hoc loco otiosum illud vi-
 detur Grammatici constanti, quod eius vocis origo in Cicero, qui alio est
 mansuetus quadrari minimi videtur. Tulli nomen familia
 singularis antiquissima vultu, et qua ovindus est, pater Tullia,
 prodis. Cicerois demum Cognomen invenit a rione, ut Plutarchus
 gravissimus autor libri prodit, quod in Aeterno naso fissura, qua
 hic est in Cicero obscura, primus huius vocis inventor habuisse creditur.
 Plinius tamen sapientissimus naturalis historiae indagator,
 Cicerois, Fabior, Pisonum et aliorum cognomina originem dicitur et
 confirmat, quod Cicero, Fabarum, Pisonum, primus familiae gaudet
 operam didicisse.

Verum nomen in praefatione praetermissa, adha-
 erentia eius antiquissima inquisitione spectat oratio. Atque habet
 et Marcum Tullium hunc non fami ignobiti. Patronusque iustus cum
 avo et summo ipso nomen, virum summa sapientia, et omnia virtute, doctis-
 simeque studiis peritum. Qui, et si ut ipse Cicero plius alicubi
 meminuit, cum morbo corporis, humore aetate iam ingravescente
 haud firma videretur salutem: maluit tamen in charis maxima in
 animi quiete consumere, quam in ocio vitam ingloriam cum turpi-
 tudine conjunctam vivere. Verum ubi natura, sibi satis diu
 videretur, et tamen spiritum et Chalarit: relicto potest quo de-
 agimus Cicerois iam duo annis aetatis 43 agentis, idem Quinto
 Tullio Cicerois filius. Possim sic Comm: multa de antiquitate
 de praestantia familiae Tulliorum dicere: quam Syllius Italico poeta
 suo saeculo praestantissimus dixerit, a Tullio Attio regi Volscorum
 potentissimo origine trahere, affirmat. Sed mihi ante oculos
 versata Patria, quae natum et cepit, dignitas: quae mi ad se ra-
 pta, haec minora relinquere hortatur. Atque in non obscura
 Italia urbe, inter Forum et Aquinum in monte porrecta, municipi-
 um Romanorum Lucio Genatio & Sex. Sulpitio consulibus facta

Parentis.

Patria.

M. T. Cicero non procreavit: unde etiam Aspirinalis postea nominis
 in dicitur: quae urbs etsi obscura inter urbes Italiae celeberrimas
 non fuerit: celebrior tamen multis producto Cicero facta est:
 et ob tanti viri apud honorem publico in sigillo tunc principis
 nomine Cicero liberos puta M T & C adhuc usque diem ostin-
 tam non subiecit. Natus a. perhibent hinc Nonas Januarii
 ante mundi 3866, urbis aedificatae 646, ante natum
 Missiam aetate quinto anno. Natus a. frater sine dolore
 corporis matrem. Aliquot diebus post, quam in lucem esset
 idem, memoria proditum est, spiritum quoddam nutu in iuseppa
 videri, quod puerum quidam hinc magno Romano honore et
 libertate fore affirmaret. Ista vox cum fabulae famulorum potius
 magis, quam veri quippiam praesens fore viderent, condempnata
 fuit: sed veram fuisse vaticinationem haud obscure post
 seinceps ostendit. Quamprimum enim ex aetate hinc, pariter
 ipsius et naturae instinctu ludum ingressus literarum est: quantum
 alii temporis in hunc studium tribuunt ludis, quantum alia, quae
 pile, tantum ipsi ad gymnasia litterarum studia tractanda sumis:
 plus olei quam vini absumsit: et dignus temporis otio suos a-
 quales, cum ingenii divinitate, tum eruditione superavit.
 Hinc tanta nobilitate et gloria fama non solum inter privatos, verum
 etiam apud principes civitatis invenit, ut felicissima eius in-
 dole adducti, ad ludum venirent, ubi tractantem eius in discendo
 celebritate cognoscerent; ingenium & felicitatem in artibus progressu
 admirarentur. O praeterea discendi indolem! O man-
 ditas ingenii vires! O celebritatem mentis! O amiam!
 Eadem de causa aequalis, puerum Cicero medium inter se ac-
 ptum quoque perhibebat, dicebant: nempe studiis suis

Indoles.

vel in ipsa puritate prosequuntur. De ne quis hanc cogita-
 tione quo dicit modo dubitet: ad hunc praeterea summus historicorum
 parens Plutarchus: coram Valerio Patrum divino virum ingenio
 uteretur: qui sic in Fastis de hoc honore scribit:
 Et mediis iuvenum, non indignantibus ipsis,
 Ibat, et interior si comitatus erat.
 Exposui Gaetium Comm: quantum fieri potuit brevitate praeterea
 Cicerois aetatem: nunc viri hinc seu togatam eius aetate, quae
 plus admirationis in se habet, breviter describam. Vos quapropter, ut
 quae adhuc mihi attenti audistis: ita quae reliqua sunt audiat:
 profecto vel a me dicitur, quod non dignum hoc consensu & silentio, di-
 gnis vestris studiis atque auribus esse videtur. Quum
 Cicero matrem Sylla, quod Roscium parricidii sui defendisset, in
 gratiam abiisset: sparse rumor de corporis, quo sanus fuit imbecil-
 lo, curandi causa, concussisse: Antiochum Ascalonitam, cuius
 facundia eloquentiaque plurimum delectabatur, audire, usque
 diu captus, ita hincbat: ut si eum cogitaret, si a Republica arceretur,
 vel in ocio tamen Philosophico vitam sibi praeterea regi posse.
 Tanto vorante sua studiorum causa in Asiam & Rhodum navigavit,
 fideliter navavit operam Rhodioribus, & plam si dicit oratoribus
 et Philosophis audiret. Verum enim vero cum ad honorem
 paulatim aspiraret, et ad maiora ascendenda sibi cogitaret:
 Delphis oraculum sciscitanti, quomodo honorem cursum tunc prof-
 sit, Pythia respondit: ne Geminum, sed suam ipsius naturam ducere
 totius vitae consisterent. Quis audito, postquam simul & de
 reditu in patriam, et honore adipsendum cogitaret: Sylla
 vita funesto, amicorum literis vocatus Romam rediens, post annum
 videtur hinc Quapropter in Sicilia annos natus XXXII,

Honors.

natali urbis conditae 678 designatus est: quo in officio, cum
sua civibus suis diligentiam, justitiam, mansuetudinemque pro-
bavit: majoribus est ab iis, quam ullo unquam Praefectus hono-
ribus ornatus. Et eadem a Quarta annis septem, urbis
aetate 684 anno, Aedilitate adeptus est, cum aetatis annos
38. Tandem feliciter Aedilitate profectus, cum in praetoriam
Praetura, multos illustres haberet competitors, Praetor
primus omnium, anno urbis 687, aetatis 41 designatus est: utque
credimus, est iudicia praestant & probe. Eximium. Hoc ho-
noris gradu, quo felicibus orsus erat auspiciis, non infelicibus
perfunctus est: oia cum deliberatione, nil incogitantiter fecit: remi-
ni in se, oisq; amicis, quo factum est, ut 690 urbis condi-
tae, 44 aetatis anno, a praestantissimis Romanae Reip.
civibus, multitudineque populi, repulso Catilina & Antonio
Consulatum ambiens, Consul emanaret. Postea Consulatus
anno, Catilina, tuis audacissimis, magnaque ne appetitissimis,
consilia multis adhuc ignota detulit, ipsumque urbi cum aliis oisq;
que cum ducis & antesignani suorum flagitium: est voluerant, ex-
agit, ipse, oppulset: siquidem inter eum, qui verbis, et eum, qui
armis Rempub. gerere vult, murum interpositum est: debet,
dicat: et sic parva non solum metu periculi, sed etiam ab ipso
periculo vindicavit, liberavit, servavit. Verum, sicut
vulgo fit, ut invidia instar pedissequae sequatur gloria: ita
fuit non pauci, qui oblivioni sepultis in Remp. meritis, Cice-
ronem maledictis injuriisque recantari parati essent, ducis pra-
sertim nati nos, qui anno sequenti magistratum esset imitari,
ut patet Caesarem Praetorem, Metellum & Bestiam tribunosphi-
bis: qui cum patris antecessoris consule Ciceroniani diebus

155
magistratum occupassent, concionem cum Gabino non sumi passi: sed
in rostris subsellia collocantes, conscendentes, et sic inferiori loco
magistratum jurant, justitiam. Tribunus tamen plebis Marcus Cato
vir gravissimus atque integerrimus, & illorum conatibus pari potestate,
majori auctore fructus gloria se opposuit, & pro concione Consulatum Cice-
ronis iis laudibus edulit: ut & honoris ei, omnium, qui Romano
alicui unquam obligassent, maximos dederunt, & Patrem patriae
appellavit.

Sed me postremo inter res ab eo feliciter
gestas locum vendicant, scripta ejus oratio dignissima, quae vitan-
tissimi doctissimi quique instar filii Ariadnae sequuntur: in quibus inter-
dubila et prope divina ejus ingenium adhibuit: ut non immerito de
iis, vult illud, quod ipsum de Platonis dialogis affirmavit,
usurpemus: Si locutus, inquit, Jupiter fuisset, eo firmiore usus
fuisset.

Si oia hujus viri eloquentissimi logia, si res
praestant ab eo gestas, si oia scripta, si honores denique singula-
tim recensere vellent: viderent mihi oratio de se, ne vox non
supperaret, ne dies deficient. Omnia praeterebo, quae mihi di-
cenda essent, habita vestri & temporis ratione, si prius pauca de
morte & Cicerone ejus dicere.

Cum Cicerone Marco Anto-
nio in seipso pro omnibus, quae ad imitationem clarissimi oratoris
Demosthenis Philippicas appellavit, est; nihil humanarum
rerum prius sibi agendum judicavit: quam ut ab alienato a Cice-
rone Augusti Caesaris animo, aut inimicum tollerent a medio, aut
interdicto ei igni et aqua et Cicerone emanent perpetuum. Et ut
nonnunquam, imo saepius fortuna scelerato adspirat, ut hunc Anto-
nii ventus non ita multo post ratum fuerit. Caesar enim
Consulatum potentiamque summam adeptus, jussu vultu Cicerone,
cum Antonio & Lepido amicitiam coluit, collata in unum

Scripta.

Antiquaria
morum.

omni imperii Romani potentia: tandemq; de proscriptione Ci-
cerois certatum est: cum Antonis nisi meo Ciceroi pacem
si acceptum negaret, Lepidusq; ei ad stipulantes: C. a. u. n. g.
impugnant. Tandem C. a. u. n. g. de salute Cicerois
satis superq; concertasset, concessit ut proscriberetur. Cicero in
Tusculano audiens si proscribitur: illuc statim ad Brutum
in Macedonia navigavit. Ferabatq; sag ad mare moironi et
squalore confectus. Tandem mari si committens, tempestate
impeditus, commisit si per duas famulis ad praedium juxta
Capuam perforandum: in quo a Popylio Lano militi legio-
nario, collum e helica proterens, cum ager annuatale
LXIII jugulatus est. O acerbum oibus memoria temporis
illius & loci! o diem illum funestum Senatus, bonisq; oibus,
Reip. infelicissimum! nobis ad domitium moironi gravem, ad
postritatis memoria luctuosum! Quid hoc excogitari potest
horribilius? quid sceleratius? quam quod oium r. g. divinam
& humanam praedam, salutis fuae autorem hostili manu invadit,
vulnerat; & vitam, cui vitam dabat adimere non est veritus.
Tandem caput hic vitae praedam ceruice avulsum, dextramq;
qua Philippicas conscripsit a brachio respice tam Antonio offi-
cens, viginti quinq; milia coronatorum mercedis leos accepit:
caputq; et dextram prostris, postquam Fulvia dulcissima
sibylam Antonii (si displicet) socia, aciculis linguam ino-
cens, cum verborum "Equisitis contumelias pupugit, apponi
iussit. Sed me praefragium mortis scitu dignissimum
est sic eo praedam praedam: in eo. n. quo interfecit est
praedio, erat parvula Apollinis sedes, & ex ea coram frequentibus
Cicero somnum capientem adiecit: et partim crocitantibus,

Mors

Præfagium
mortis.

partim pro praedium ingressi, vestimenta quibus datus erat rostris
mordicus apprehendentibus, imo etiam a facie eius detrahentibus, so-
mnoq; "Crocitantibus, certissimo mortis ei indicio fuerunt. Haec ser-
videntibus, suamq; ipsorum ignasiam damnantibus, quod in se con-
heri eadem sustinerent, et non potius defenderent eum, cuius pro
salute indigna fortuna utentis. Ita bruta animositas sollicita
essent: partim "Coram Cicero, partim invidiam in helica ad-
manu detulerunt, ibiq; inter undam illis sicarius adijt, siq;
vitam eius sustulit. Cuius viri eloquentissimi tristissimum
factum, imo et luctuosum, quantum oibus non tam iruditis, quam bo-
nis et Reip. amantibus civibus moironi squaloribus attulerit, ne-
mo non videt. Tandem certe tanta meritis est, quanta nulli
praedam: quam nulla fortuna, nulli casus, nulla temporis inju-
ria delibit, nulla unquam v. iustas obruit: vigetis nomi Cicerois
memoria seculorum oium, quam postritas alit, ipsa aeternitas semp
inhibet, nec unquam r. g. qui aut videt, aut audient ista
praedam ingenii monumenta, in quibus nobis vivit, nobiscum
colloquit, gratissimus firmo conticescit. Hunc tristissimum nobi-
lissimi Oratoris caput Cornelio Severo divo vir ingenio sic
deploravit:
Absulis una dies, auri dies, istaq; luctu
Conticuit Latiae tristis facundia lingua,
Unica sollicitis quondam tutela salutisq;
Egregium semp patriae caput, illi Senatus
Vindex, illi fori, legum, ritusq; togarq;
Publica vox eius aeternum obmutuit armis.
Informis vultus sparsamq; cruenti in fando
Camiciam, sacrasq; manus operumq; ministras,
Tandem praedibus civis projecta superbis
Proculcaris ovens, nec lubrica fata deoq;
Respexit, nullo hiet hoc Antonius auro.

Tumulus

Magna viro illi gratia habenda est, qui viri hujus nunquam
 satis dignè voce & ore hominū laudati cinentibus, in Zacyntho
 insula Vmatorum, vicina Epiro in mari Ionio, Splendidissimū
 tumulu exēxit. Quod ne nos latēret, acceptum ferendum
 fratri Angelo Apulo Minoritæ viro Sanctiss. & religiosissimo:
 qui se nō opinari, sed scire; nō audivisse sed vidisse; non pal-
 passe, sed formam ejus qualis exstat expressisse; ipsiq; constru-
 endi monasterii studio & amore flagranti occurrisse, affir-
 mat: anno salutis per Christum separatæ C17 10 21111
 Kalendis Decembris, apud Sacellum Divæ Mariæ gratiosæ co-
 gnominato, cum hāc inscriptione: MARCE TULLI CI-
 CERO HAVET, ET TV TERTIA ANTONIA.
 Dicta est d' me causa, Comitatoris, & Perorata. Jam intelli-
 gitis nomen Ciceronis, patriam, parentes, indolem, honores,
 mortem, opinionem demique post mortem: unū superest, hoc
 desiderat, in hoc omnibus & singulis elaborantū est: ut nō jam
 fato functum, sed Ciceronem viventem (libros & scripta ejus
 intelligite) ametis, magnificatis: o exosculumini di-
 vina divini oratoris scripta: o solve & resolve
 aureum illud eloquentiæ flumen, & ut cum

Poeta loquar:
 Nocturnâ versate manu, versate diurnâ.

Verborum Christi
 CONSUMMATUM EST

orthodoxa meditatio. Gorlic. 12 April 9
 1602.

Si septem illa Græciæ lumina & columina sapientiæ, Aud:
 Sapientes in quâ illi aureo Phœbi tripode dignissimi, (quorum
 viva virtutum imago vigebit memoria sæculis omnium: quam posteri-
 tas alet, æternitas semper inhebitur, celebritatem nōis & famæ nulla
 obscuratura est oblivio) omnium eruditorū calculo, nō sapientiæ solū
 nōis digni judicati sunt: verum etiā oīa ipsorū dicta, sententiæ
 memoratu dignissima, instar hominū e' coelo in hanc de lapsoꝝ
 terram in admiratione habitæ, honoratæ, conservatæ, posteritatē
 futuræ libris, fidelissimis memoria cupodibus & conservatoribus manda-
 ta sunt: Quanto magis unici capitis & Salvatoris nostri Jesu
 Christi, qui solus est æterna æterni Præcipua Sapiens, sermones altā men-
 te recolendi, inis præcordiorū visceribus inscribendi, insculpendi,
 dies demiq; & noctes creberrimi de iis sermones insitruendi sunt.
 Nam quoad longissimè potest mens nostra respicere spacium præteriti
 temporis, & pueritiæ memoriâ recordari ultimam, inde usque repe-
 tentes, hunc videmus profectō omnium sub hoc extenso coeli fornice
 spiritum vitalem trahentū cordiorem: hunc perennē sapiens coelestis
 fontem: hunc verum Catholicæ verē sic dictæ Ecclæ Pontificem:
 hunc denique ex tristissima Satanaë hyrannide, perruptis vinculis
 mortis unū liberatorem. Cujus equite victoria sociū habuit ne-
 minem: nihil sibi ex hac laude Angelī, nil Prophete, nil Apti,
 nil hæc Sanctissimi, nil Papa Sanctissimi scilicet Patris, decerpit:

Exord. a
Comparatis.

Col. 2-3.

Cyprianus
dicit.

Psal. 32-6.

Eph. 3-9.

Col. 2-3.

Joh. 4-14.

Hebr. 7-26

8-6.

12es. 3-18.

2. p. 1. ex
Subjunctis

Conclusio Comparati-
Joh. 6-63
Solum hoc, quantumcumque est, quod certe maximū est, solum, in
